Lampas. ¶ Lampas est vas in quo ponit̄ oleū cum lichmo accenso vt luceat. Et d̄r a lambo is ere: q̄a lampas lambendo consumit oleū per lichmum accensum.

Archas ¶ Archas est vir vel mulier de archadia. Etiam filia iouis s̄m fabulas dicebat̄ archas.

Mēetias ¶ Menetias adis vel ados est filia vel neptis menetie: ꝛ sic de alijs patronymicis suo modo.

Ciclas ¶ Ciclas adis est vestis a rotunditate dicta sursum stricta deorsum ampla. Et dicit̄ a cidon grece qd̄ est rotundū latine. Etiam capit̄ pro insula. vnde Grecista. Est ciclas pannus: circundat ciclada pontus. Jtem ciclas mantellus: ast si maris insula ciclas. Et habet cicladem vel ciclada in accusatiuo singulari.

E. Breuis es.

mas. genus — cōmune genus — in ntō — correptam

Mas aut cōmune si fiet in es breuiatā

varians — in gtō — ista nomina sunt — exemplū

E mutās dat itis stipes miles tibi test(is)

¶ Dicit ꝙ noīa mas. gn̄ ꝛ cōmunis gn̄ terminata in es curtam mutant e in i in gtō ꝛ addunt tis vt miles militis: stipes stipitis.

¶ Querit̄: quō debemus scire ꝙ stipes ꝛ miles ꝛ sil'es dcōnes terminant̄ in es curtā. Dōm ꝙ ꝑ regulā Alexandri in tertia parte positā. s. ibi. Obliquus crescens qui corripit antesupremā. Jn̄ recto facit es curtā testis tibi miles.

¶ Arguit̄: autor facit hic petitionē principij: q̄a dicit ibi ꝙ noīa tertie declinatiōis: q̄ mutant es in tis in gtō terminant̄ in es breuē: ꝛ ideo ab illa tertia parte remittit nos ad primā partem ꝛ econtra cū dicit: mas aut cōmune dicens ꝙ nomina masculini gn̄ ꝛ cōmunis gn̄is que terminant̄ in es breuem: mutāt es in itis curtam in gtō. Jta remittit ab hinc illuc: ꝛ ab illinc remittit huc. Dōm ꝙ hoc facit propter pluralitatem illorū nominum: de quibus dare certam regulam est multū difficile: nec est possibile ꝙ per quam regulam sciantur.

hoc nomen — in gtō — penultima sillaba

Vt ꝑpes dat etis dipthōgꝰ i ansupma

¶ Dicit ꝙ noīa in es breuē terminata hn̄tia diphongū in penultima sillaba hn̄t etiam curtā in gtō, vt prepes prepetis: q̄a debet scribi praepes.

nomina. descendunt. adiungantur.

Que deriuantur a verbis associantur.

.s. nominibus. inuenit in penultima syllaba.

In qbus e curta repit in antesuprema.

¶ Dicit qꝫ noĩa i es breuẽ teĩata: descẽdẽtia a vbis hñt e curtã añ tis i penl'tia syllaba: vt a verbo habeo habes habetis: a tero teres teretis.

hoc nomen. correpta in gtõ.

Inquies est curta tñ etis erit sibi longa.

¶ Dicit qꝫ hoc nom̃ inqes teĩat in es breuẽ: tñ hꝫ longã etis in gtõ: vt inqetis.

.s. genus. in gtõ. hoc nomen.

Feineũ dat etis curtã. seges ẽ tibi testis.

¶ Dicit qꝫ nom̃ femi gꝫ in es breuem facit etis curtã igtõ: vt seges segetis:

ab hoc noĩe. in gtõ. hoc cõpositũ excipies.

Apes ꝯpositũ dat edis. ſꝫ apes remoue-bis

¶ Dicit qꝫ composita apes habẽt edis in gtõ. vt bipes bipedis. Sed hoc compositum apes remouebis: quia habet apis.

nomen. hoc vbum. curtam.

Qd pbet sedeo forabit idis gtõ.

¶ Dicit qꝫ nomina descendentia ab hoc verbo sedeo habent idis curtã in genitiuo: vt deses desidis: obses obsidis.

variabis. in gtõ. excipe. aquies.

Es longã mutabis ĩ is. ſꝫ deme quietis

Es longa **Es.**

istos gtõs etiam excipe.

Heredis cereris mercedis vl' locuplet9

sociabis. ab agnes.

Magnetis iũges. agnetis dicere debes

p qñ faciet. in gtõ. hoc nomen.

Cũ pit i formabit etis. paries tibi testis

¶ Dicit qꝫ noĩa terminata in es longã mutãt es in is in gtõ: vt sedes sedis sed excipe quies quod hꝫ quietis in gtõ: heres heredis: ceres cereris: merces mercedis: locuples locupletis: magnes magnetis: agnes agnetis.

¶ Arguit ista noĩa lebes rapes cremes ⁊c̃: terminantur in es longam ⁊ habent etis longã in gtõ: vt pꝫ in tertia parte: ⁊ tñ non excipiunt hic: ergo ⁊c̃. Solutio autor loquit hic paruulis: ⁊ ideo ꝑpter illorũ teneritatẽ plura postponit: quod non ignorantie: sed vtilitati iuuenum ascribendum est.

¶ Querit: quõ cognosci pñt noĩa in es longã vel breuẽ? Solutio vt dictũ ẽ. Et per nullã regulam cognosci possunt: ſꝫ per hoc solũ qꝫ plura noĩa taliter ponuntur et quando i precedit es tunc habet etis curtam in genitiuo.

Miles ¶ Miles ein ritter. po: ryczerz. gꝫ cōis: ꝛ dꝛ a mille qꝛ inter mille hoīes vix vnꝰ acceptaꝛ ad miliciā. Etiā miles est nomē dignitatis maſ. gꝫ: sic etiā inter mille vix vnus reperiꝛ miles. Vn̄ hic ꝛ hec militatis ꝛ hoc re adiectiuum: Inde etiam milito onis. i. miles. Item cōmilito onis: qui cū alijs est in militia: qꝛ illi qui sꝫ in tali militia vel in eodē bello dicunꝛ commilitones. Item a miles secundo mō dicitꝛ militissa. i. vxoꝛ militis

Stipes ¶ Stipes maſ: gꝫ: ein stam: po. pien. ꝛ dꝛ stipes q̄si stans pes: ꝛ ponitur pro arido trunco arboris. Et differt: stirps stips stipes et stix: vnde Stipes itis baculus: stirps stirpis regia ples. Stips stipis est obulus. stix stigis atraqꝫ palus. Itē differūt stipes nti casus pluralis nūeri: ab hoc nomine stips ꝛ stipes stipitis singularis numeri: vn̄ v̄sus. Munera parua stipes non fertile dat tua stipes. Item stipes non fertile i. truncus aridus et sterilis

Merges ¶ Merges itis est equiuocū: Primo sꝫcat auem teu. eyn deucher: quia sepius mergit se in aquis: et dicitꝛ etiā mergus gi. Scd̄o sꝫcat garbā segetis: vn̄: R er. Est merges viuus si mergitis est gtūs. Sed si dicaꝛ mergetis garba vocatur. Istud contrariaꝛ vsui et Huguitioni: qui dt q̄ ꝑ aue nō dicitꝛ merges: sꝫ mergꝰ mergi: et ꝑ garba dicitꝛ merges itis.

Eques Eques dꝛ aliq̄s equitās. Inde equitissa est mulier equitans. Et dr̄nt eques nomen: ꝛ eques v̄bū ab equo as are: teu. gleichmachen: Si sis paruus eques: eq̄tes te grandibus eques: Non sis solus eq̄s tibi me ꝑ te decoꝛ eq̄s.

Prepes Prepes pretki. i. velox. Tristicie p̄co p̄pete currit equo. Prepes dꝛ quasi pre alijs petens: scꝫ rem suam vl' terminū vie. Dr̄nt autē prepes ꝛ perpes. vn̄ꝰ. Perpes ꝑpetuus: sꝫ p̄pes sit tibi velox:

Hebes ¶ Hebes. i. obtusus. vn̄ꝰ: Est mihi sensus hebes: ideo mihi ꝑcere debes. Si tibi sensus hebes: ideo plus discere debes. Parcere nolo tibi: nec̄ qꝛ te foꝛe sciui. Hebes venit ab hebeo es ere. i. pigrescere ꝓprie in oꝑe mentis. Inde hebetudo idest obtusitas: ꝛ hebetare. i. hebetem facere. Item hebetis media coꝛrepta: ꝛ hebetis media ꝓducta: scd̄a ꝑsona pl'is numeri. Vn̄ꝰ. Est hebes hic hebetis: hebes vel hebes dat hebetis.

Teres ¶ Teres a terco es ere: teu: runt. Et differūt teres ꝛ rotūdū vn̄. Hastā dic teretē: pomū dic esse rotūdū.

Interp̄s ¶ Interpres cōis gꝫ dꝛ miscēs diuersa gn̄a linguarū ꝛ exponēs vnam ꝑ aliam. Et venit a verbo communi scꝫ interpretoꝛ aris. i. exponere vel exponi.

Inquies. ¶ Inq̄es teu: vnruge: Itē q̄es q̄uis est indr̄nter tertie vel q̄nte declinatōis: tn̄ vtimur modo solū in tertia declinatione: sed hoc cōpositū requies est q̄nte declinatōis. Item quies aliq̄n ē nomē adiectiuū om̄is gn̄is. ꝛ sic est idē q̄ q̄etus: ꝛ ab illo dicitꝛ inquies: ꝑ cōpōnē. vn̄ꝰ. Inq̄es esse caue: tibi magna quies erit a ve.

Seges ¶ Seges. i. semen: ꝛ dꝛ a sero is ere vel dicitꝛ matura messis: ꝛ dꝛ a seco as are: qꝛ satur siue metitur in agro. Et dr̄nt segetes a sata. vn̄. Dū seres segetes: sata dū radicibus herēt.

Teges ¶ Teges est domūcula tegēs pauꝑes. Inde regula diminutiū teu: dach: qꝛ regula domū tegit. Vn̄ tuguriū q̄si teguriū: ꝛ est casa pastoꝝ siue custodū vinearū: vnde Cur sibi parua teges: cui sit mlt'a sibi seges

Pes ¶ Pes ein fuesꝫ: noga. ꝛ accipitꝛ tripliciter p̄mo ꝑ mēbro cū quo ambulamꝰ: scd̄o ꝑ pede metroꝝ: tertio ꝑ mensura ī agro q̄ ꝯtinet q̄ndeci digitos. Quadrupes ē aīal q̄ttuoꝛ habēs pedes ꝛ capitꝛ anthonōathice ꝑ eq̄. vn̄: Quadrupedes phebi: q̄ cogit cā moꝛari. Quadrupes in plano: qn̄qꝫ cadit pede sano. Non mirare bipes si labitꝛ tibi pes. Bipes est aīal hn̄s duos pedes sicut hō ꝛ auis. Tripes dꝛ hn̄s tres pedes sicut sedes

Apes. ¶ Apes vel apis hꝫ apis in gtō. teu. eyn bin: ꝛ dꝛ ab a quod est sine: ꝛ pes pedis quia nasciꝛ sine pedibꝰ vel ꝑ antiphrasim: qꝛ multos hꝫ pedes. Apes dicitꝛ a pedes peditis: ꝛ est q̄ vel que ambulat ꝑ pedes: ꝛ est idē qd̄ pedester.

Deses ¶ Deses idis: i. piger vel remissus. Inde desidia. i. pigritia: ꝛ venit a desideo es ere idest pigrescere vel deoꝛsum sedere: Itē desidio is ere a de ꝛ sido. i. fugere. vn̄. De

sidis hoc crimen: desidis iam ppelumē. ¶ [Obses] Obses: i. vas vadis τ pign⁹ qđ ppͥe daꝛ p obsessis. Et venit ab obsideo es ere. i. circūsedere vel obuallare: quia obsessi τ circumuallati dant pign⁹ vt libere vadant quo velint: inde obsides onis. i. obsessio onis id est circūuallatio. ¶ [Preses.] Preses idis. i. presul: τ dꝛ a p̄sideo es ere. i. preesse vel defendere. Inde p̄sidiū. i. auxiliū vl' defensio: item diffeꝛt p̄ses τ p̄ces. i. oꝛōes vel vota. vñ. Est pro p̄ses: dic fore vota preces: Item O sacer p̄ses pro nobis fundito preces. ¶ Es longā mutabis in is: ¶ [Sepes] Sepes id est oꝛt⁹: τ dꝛ alio nomine seps sepis. vnde. Seps sepe calcatur vbi pnioꝛ esse videꝛ. item [Sedes] Olifernes τ aristoteles ppꝛia noīa sūt: ¶ Sedes ein stuel. p. stolecz. Itē cedes ced꜡. i. ɤberatio vl' strages vl' occisio. Primū scꝫ sedes p s venit a sedeo es ere: sed p c venit a cedo is ere: qđ habet plura significata scđm ꝙ habet duplex ptīi. Quando enī habet cecidi in ptō tunc sꝑcat occidere: scindere vel verberare: sed qñ habet cessi tunc sꝑcat locū dare: ista planius patebunt in capitulo de ɤbis. Vñ metrū differentiale. Quādo sede sedes videas ne sit mala cedes. Oñ sedes sede maioꝛi cōcito cede: item differētia est inter sedes nomen τ sedes ɤbū a sedeo vnde. Dum super alta sedes casum p̄bet tibi sedes: illa sede sede nec ab illa sedē recede. ¶ [Proles.] Proles sꝑcat filiū vel filiā alicuius. item Sentit adhuc proles qđ cōmisere parentes. Hoc est ꝙ nos adhuc sentim⁹ qđ commiseꝛt pthoplasti id est p̄mi parentes: item ples capiꝛ pro filio in isto ɤsu. Nos cum prole pia benedicat virgo maria. ¶ [Ares] Ares grece vel arte. i. virtus latine. ¶ [Lebes.] Lebes lebet꜡ hꝫ in actō leberem vel lebeta: inde lebeta lebete id est paruus cacab⁹: τ hꝫ lebetas in accusatiuo plī. Et cacab⁹ diciꝛ ppꝛie eneum vas: lebes autē lapideū: capiꝛ tñ sepe p enea caldario teuto. keszel. po. koczicl. Itē ares τ lebes sūt noīa greca: đ qb⁹ autoꝛ nō facit mentionē: nec p hoc est diminut⁹: q̇a alexander est istructoꝛ latinoꝝ nō curans de grec꜡ dictiōib⁹ plene determiare. ¶ [Heres.] Heres po. dziedzicz grece. i. terra latine: τ inde diciꝛ her⁹. i. dñus: hera. i. dña: īñ dꝛ heres hered꜡ q̄si filius heri vl' here: q̇a succedit parentib⁹ in bonis: īñ hereditas: itē hereo es ere id est assistere vel ad esse: īñ heres dis: q̇a herit. i. assistit bonis cui⁹ est heres: vñ differentia. Eri coꝛ heres: cras heris: non eris heres ¶ [Ceres] Ceres aliqñ est proprium nomen: τ sic est dea frugum: vnde versus: Femina quando feres tibi subueniat sacra ceres. Itē quandoꝗ est nomen appellatiuū: τ sic capiꝛ p frugibus Iñ cereuisia teu: bier: po: piwo. q̄si vis cereris in aq̄. ¶ [Merces.] Merces edis. zaplata. ē p̄miū qđ datur laboꝛātib⁹ pro merito: Et diciꝛ a mercoꝛ aris: item merx est illud qđ vendiꝛ: τ habet merces in plurali numero. Vnde Venduntꝛ merces: operantibus est data merces. Item est merces ibi kranck: vbi non daꝛ nisi hab danck ¶ [Locuples] Locuples id est diues τ diciꝛ quasi plenos loculos habens: item fiunt nerones miseri facti locupletes. ¶ [Magnes] Magnes est lapis magne virtutis attrahens ex sua natura ad se ferrū. vñ. Vt ferrū magnes: sic ad se nos trahit agnes. ¶ [Paries.] Paries teu. ein want. po. sciana. Et dꝛnt paries nom̄ τ paries ɤbum. vnde ɤsus. Est bon⁹ hic paries. tu ppe quē paries. ¶ [Abies.] Abies etis te. ein dan baū. po. yedla. Et dꝛ abies abeūdo: q̇a abit. i. transit τ crescit in altū. Abies abici pro codē.

[Correpta] [Is]

breuiata. ntō. .s. casum.

Is coꝛrepta sibi similē faciet genitiuū.

¶ Dicit ꝙ nomen terminatum in is coꝛreptam facit genitiuum sibi similem: vt vallis neptis.

ista nomina. demantur.

Cuspidis τ lapidis τ cassidis excipiantꝛ.

a sanguis ab exanguis ab aspis
Sāguis ⁊ dices exanguis aspid' addes
ab egis vt priamis priamidis
egid' atq; notes sic pronymica fores cq;
a thetis in gtō hꝫ paris vel paridis
Thetios l' thetid' dices par' is dat idis
hoc nomen in gtō hoc nomen in gtō hoc nomen
Sardis inis dat iasp' idis sic ibid' ibis
ab isis hoc nomē
Isidis adiūges indecliabile semis
qn̄ ſcat dimidium qn̄ ſcat pondus in gtō
Est ꝓ dimidio pond' semissis habeto.
Exempla sunt
Cū tigris tigridis tibris qrisq; quiritis

¶ Hic ponit exceptionē a regula p̄dicta dicens: ꝙ ista noīa in textu posita. s. cuspidis lapidis ⁊c. nō faciūt gtīm silem ntō. vt pꝫ in textu ⁊ in expositione vocabulorū. Arguit. sunt plura noīa ꝙ hic enumerant: q̄ hn̄t ꝑ crescentiā idis in gtō singulari: vt priamis: calamis: tyrannis: piris diplois: perichesis: ⁊ emorrois. ⁊c. Solutio oīa illa comprehendunt sub noībus patronymicis in is. Sed maioꝝ horū nominū declaratio inuestiganda est in opere maioꝝ.

.s. nomē .s. quondā in ntō in gtō sunt exempla
Qd̄ ꝺdit er dat er'. vom' pulu. sq; cinis
hoc nomen .s. noībus sociabis
Et cucumis piē p̄dictis annūerabis cq;

¶ Dicit ꝙ nomen terminatū in is: qd̄ quondā terminabat in er: hꝫ eris curtam in gtō: vt vomis vomeris: puluis pulueris ⁊c.

Is. producta.

in gtō longa demantur
Is itis ꝓducta dabit. tn̄ excipiantur
hoc nomen in gtō habens non excipitur
Glis glir' glissis. glis glit' nō cadit ext.

¶ Dicit ꝙ nomē in is hꝫ itis ꝓductā in gtō: vt lis litis. Tn̄ excipiunt glis gliris: ⁊ glis glissis: q̄ nō hn̄t itis in gtō. sed glis glitis manet sub regula gn̄ali. ¶ Uallis est locus decliuis infra mōtes. Et dr̄ a vallando qa vallat. i. circūdat montib'. vn̄'. Est inter montes terre depssio vallis. ¶ Neptis ein nifit: wnuk. ⁊ est femininū huius noīs nepos. Et dr̄ nepos q̄si natus post. ¶ Nota ꝙ autor non excipit illa tria noīa. s. eucharis: acharis: epicharis. q̄ tn̄ terminant in is curtā: ⁊ non hn̄t gtīm silem ntō. sed hn̄t idis: Excusando autorē dicimus ꝙ Allexander non est hic diminutus: ex quo illa noīa sunt greca ⁊ ꝯprehendunt ibi. Et

Charis

patronymica iunges: q̄a noīa greca: vt patronymica filii mō declinant̄: Itē cu-
spis ⁊ tricuspis patent infra de gn̄ibus. ¶ Charis ⁊ charicon grece .i. grā la-
tine, ⁊ eu, grece .i. bonū latine. Vn̄ eucharis .i. bn̄ gratiosus. Acharis q̄si nō gra-
tiosus. Epicharis q̄si valde vel supergratiosus.

Lapis.

¶ Lapis dis d̄r q̄si ledēs pe-
dē: ⁊ posuit quidā d̄r̄am inter lapis nti casus: ⁊ lapis ablti casus ab illo noīe lap-
pa lappe: vel lapa lape ꝓ eodem. vn̄᷒. Est res dura lapis: scabiem capitis fugo
lapis.

Cassis.

Cassis est equocū ₰m ꝙ h̄ꝫ duplicē gtīm scꝫ cassidis vel cassis: vt patebit
ibi. Cassis idis ga.

Sanguis

¶ Sanguis .i. cruor. ⁊ est equocū. vn̄ Bre. Sanguis ꝓge-
nies sanguis quoq; d̄r humor. Sanguis pctīm: sanguis quoq; vita vocat̄. Item
d̄r̄nt ₰m quosdā cruor ⁊ sanguis. vn̄᷒. Sanguis alit corpus: cruor ē de corpe fu-
sus. vel sic. Extractis venis cruor est in corpore sanguis. Exanguis d̄r q̄si extra
sanguinem: ⁊ mortuus: ⁊ h̄ꝫ in gtō exanguis. Itē hic iacet exanguis cui plagas
intulit anguis. Itē anguis ē serpens sic dict᷒: q̄a angulose ⁊ curue incedit. Vn̄
anguilla teu. ein ael. wegorz.

Aspis.

¶ Aspis .i. serpēs ⁊ ē qōdā gen᷒ serpentū asp̄gēs
venenū morsu vel hiatu suo. qō etiā ad medicamīa valet q̄n venenū est p̄us extra
ctū. q̄ p incantationes ⁊ voces venatorū decipit̄: ⁊ sic capit̄. Dū aūt incantat̄ a
venatorib᷒ tūc vnā aurem trudit ad terrā ⁊ aliā obstruit cū cauda sua ne p dulcē
sonū alliciat̄. Itē aspis aliq̄n d̄r scutū militare. Vn̄ aspidula .i. parua aspis.

Egis.

¶ Egis .i. clipeus palladis. Et d̄r ab egle grece qō est capra latine: q̄a clipeus
ille tectus fuit pelle caprina. vn̄᷒. Nō clipeo degis si fit tibi palladis egis.

Priamis

¶ Priamis d̄r filia vel neptis p̄ami: ⁊ ē nomē patronymicū vt postea patebit.

Clamis

¶ Clamis clamidis ē palliū qō ex parte induit̄ nec ꝯsuit̄: sed fibula infrenat̄ ne
cadat. Et clamis est vestis nobiliū ꝓprie militū: purpura regū: stola sacerdotū:
toga aduocatorū: birrhus rusticorū custodū vel monachorū. Item est meretrix
celsa sua dū clausit clamis ora. Itē sub illa regula. Cuspidis ⁊ lapidis p̄nt intel
ligi multa alia noīa vt clamis piris tyrānis ⁊c.

Sardis

¶ Sardis est equocū vel est no-
mē ciuitatis: vel ē nomē p̄ciosi lapidis: vel ē nomē insule. ⁊ ₰m diuersa ₰cata di-
uersum h̄ꝫ gtīm. Pro p̄mo ₰cato h̄ꝫ dis: sed ꝓ reliq̄s h̄ꝫ inis. vn̄᷒. Hic sardis sar
dis: gtō dis notat vrbē. Sardis inis lapis est ꝓpriū vel insula sardis.

Iaspis

¶ Iaspis
est quedā gēma p̄ciosa viridis coloris melior oī metallo. vn̄᷒. Auro q̄d melior ia-
spis: q̄d iaspide virtus? Quid ꝟtute deus: q̄d deitate nihil.

Ibis

¶ Ibis est equocū
q̄n q; est auis q̄ alio noīe vocat̄ ciconia ⁊ sic indr̄nter h̄ꝫ ibidis vel ibis in gtō. q̄n-
q; est auis inimica serpentib᷒: q̄ alio noīe d̄r ibix: ⁊ habitat in egypto vescens ca
daueribus ⁊ morticinijs: q̄n q; ē idē ꝙ inuidus: ⁊ tūc gtīm sil'em ntō: vn̄᷒: Ibidis
ac ibis gtō. dū facit ibis. Tūc auis est ibis: ⁊ d̄r inuidus ibis. Itē quidā dicunt ꝙ
etiā ₰cat serpentē: sed melius d̄r ibex. vn̄᷒. Ibis auis: ibex serpens: sic ⁊ inuidus
ibis. Itē d̄r Io. de gar. ꝙ q̄ttuor h̄ꝫ ₰cata: P̄mo ₰cat radicē herbe. Scdo ₰cat
concordem. s. in uolatu. Tertio ₰cat inuidū. Quarto ₰cat serpentē: vn̄᷒. Est ibis
radix: concors auis: iniquus anguis. Itē ibix ₰m Brachilogū est quoddā gen᷒
q̄drupedis animalis scꝫ capra: ⁊ dicunt̄ ibices q̄si ambices: nam ad modū auium
ardua ⁊ excelsa tenet loca: vt in petris ⁊ in rupib᷒ altissimis. Istud aīal dorcas a
grecis vocat̄. vn̄᷒. Cornua fert ibix dorcas grece vocitata. Itē cōtrouersia est
de hoc noīe ibis ⁊ de m̄ltis alijs noīb᷒ q̄d determinare relinquo studiosis dispu-
tantib᷒.

Isis

¶ Isis ē nomē ꝓpriū cuiusdā dee. Vn̄ d̄r parisius ciuitas q̄dā in fran-
cia dicta a para qō est iuxta: ⁊ ysis dea q̄si iuxta deam ysidim: q̄a parisius situata
est iuxta locū vbi quondā colebat̄. Isis. s. in claustro s̄cti germani vbi adhuc ap-
paret hymago ysidis superi᷒ in quodā muro. Vl' isis interp̄tat̄ introductio. et
inde parisi᷒ q̄si iuxta introductionē: Vel d̄r a paro as are: ⁊ isis introductio. q̄si
parans introductionē. Ibi. n. m̄lti introducūt̄ in diuersis sciētijs. Itē parisius

locus egregi⁹: mala gens bona villa. Nã duo pastilla p nũmo dant in illa. Itẽ femina casta: securis acuta cliensq̧ fidelis. Hec tria parisius nũq̄ vel raro videb.

Semis

¶ Semis quãq̧ signat dimidiũ cuiuslibet rei: ⁊ sic est indeclinabile ⁊ oĩs gñ: ⁊ tunc dr̃ ab hemis qd̃ est dimidiũ mutando h in s. dicendo semis quasi hemis. vñ⁹. Uas tribus ⁊ semis solidis ego pdigus emi. Itẽ qñq̧ signat pondus vel assem ⁊ tũc dr̃ semis q̃si semi as: qa as est mensura vel pondus duodecim vnciarũ. Et dr̃ semis dimidius as. i. sex vnciarũ: ⁊ hʒ semissis in gtõ: ⁊ tũc est mas. gñ. vñ⁹. Semis dimidius indeclinabile sp. Semis semissis mediã partẽ notat assis.

Thetis

¶ Thetis est equocũ. Pr̃o est mater achillis ⁊ sic hʒ thetidis in gtõ. Scd̃o est mare vel dea nereidũ. i. aquarũ ⁊ sic hʒ thetios in gtõ. Item nereis nereidis est aqua marina. vñ⁹. Dic thetis ⁊ thetidis sic mater habet achillis. Si thecios dicas: tũc ẽ dea dicta nereidũ. i. aquarũ. Sed Io. de gar. sic dicit. Cũ mare sit thetis thetidis sit mater achillis. Mater hʒ thetidis: mare thecios in gtõ.

Paris

¶ Paris ẽ propriũ nomẽ pulcherrimi viri: q̄ dedit iudiciũ de iunone ⁊ pallade dicens. Utraq̧ formose me iudice sunt venerãde. Et dr̃nt paris gti casus a par ⁊ paris ab hoc v̄bo pario. ⁊ paris ppriũ nomẽ. vñ⁹. Mis dũ bella paris miserere paris tibi paris.

Tibris

¶ Tibris dic tyber. est fluuius quidã transfluens p vrbẽ romanã. Et dr̃ a tiberino rege albanorũ. qui submergebat in illo fluuio. ⁊ de suo exitio hoc nom̃ ei datum est: ante eñ a colore suo vocabat albula. Etiam est quedã insula. vñ⁹. Est tibris fluuius: est tibris insula dicta. In quo submersus cecidisse datur tiberin⁹ Rex albanorũ tibris fuit inde vocatus. Itẽ dicunt quidã φ cõmuni sermone dr̃ tiberis: tiberidis: sed p sincopam dr̃ tibris: ⁊ sp hʒ tibridis in gtõ nisi in metro. vñ⁹. Dic semper tibridis: tibris nunq̄ nisi metris. Item tiberias tiberiadis est ciuitas quedã in galilea facta ab herode in honorem tiberij cesaris.

Tigris

¶ Tigris hʒ duo signata. Primo est fluuius quidã fluens de paradiso terrestri versus assiriam intrans mare rubrũ: ⁊ tunc est gñis mas. ⁊ habet tigris in gtõ. Scd̃o est animal multũ velox: scʒ serpens quidam distinctus varijs maculis: velocitate ⁊ virtute mirabilis ex cuius nomine fluuius tigris appellatur q̄a rapidissimus est omniũ fluuiorum: ⁊ tunc est gñis feminini ⁊ habet tigridis in gtõ. Unde versus. Est tigris fluui⁹: tigris fera quod genitiuus. Duplex discernit: tigridis atq̧ tigris.

Quiris.

¶ Quiris quãdoq̧ est idem quod miles: ⁊ tũc est gñis mas. Qñq̧ est idem quod hasta: ⁊ sic est gñis femi. vñ⁹. Hic quiris miles: hec quiris hasta vocatur.

Nota.

¶ Item quattuor sunt noĩa que quondã terminabant in er: sed modo terminant in is. vñ⁹. Bis duo noĩa sunt que substantiua vocant. Que vel is vel in er rectũ fecere frequenter, Ut vomer puluer dic ciner ⁊ cucumer. Ac vomis puluis dic cinis ⁊ cucumis.

Uomis

¶ Uomis eris: teuto. ein pflugschar: lemiess. est ferrũ aratri dictũ a vomo is ere: q̄a videt terrã a se vomere. Et dr̃nt vomis nomen: ⁊ vomis verbũ. vñ⁹. Ebrie vina vomis aratri fit caudaq̧ vomis.

Puluis.

¶ Puluis vel puluer est illud qd̃ p ventũ in aerem tollit. sicut immundicies terre exiccata per calorem solis: ⁊ multũ nocet oculis. vñ⁹. Balnea vina venus ignis puluis quoq̧ ventus. Ista nocent oculis sed vigilare magis.

Cinis.

¶ Cinis teutonice asche: pol. popiol. ⁊ dicit a candeo es ere: q̄a ex candore ligni combusti relinquit et sub eo ignis occultatur. vñ⁹. Queritat in cinere scintillam qui caret igne. Itẽ differunt sinis verbũ p s. a verbo sino is ere. et cinis nomen per c. vñ⁹. Cur nõ parua sinis: puluis est atq̧ cinis.

Cucumis

¶ Cucumis vel cucumer est species cuiusdam herbe cuius fructus est humide nature, quere infra de generibus noĩm.

Lis.

¶ Lis. i. litigiũ: teu. ein kriegk: swada. Uñ est dr̃a inter liti nomẽ ⁊ liti verbũ. vñ⁹. Crismate queso liti: pacem preponite liti.

Glis.

¶ Glis multipliciter variat in gtõ. ⁊ ſm hoc habet multiplex signatũ: vt postea patebit.

in gtō .s.nomē in os mas.gnis excipe a nepos

Oris formabit os p mare deme nepot Os

¶ Dicit q nomē in os mas.g' hz oris penultia pducta: vt mos moris: flos floris. Jn excipit hoc nomen nepos: qa habet nepotis.

alia noia in os in gtō .i.cōposita a pos corripies

Cetera dāt otis. sz de potis o breuiabis.

a bos a glos excipiantur illa duo nomina

Sz bouis et gloris demāt os or et ossis

a custos a heros iungitur pdictis

Custodis simul herois sociabitur istis.

¶ Dicit q cetera noia i os termīata (q nō sunt g' mas.) hñt otis longā vt cos cotis: sacerdos sacerdotis. Sed cōposita ab hoc noie pos potis hñt o breuem āñ tis vt cōpos cōpotis: impos impotis. Sed hoc nomen bos hz bouis in gtō, glos gloris: os hz oris vel ossis: custos custodis. Et heros habet herois.

¶ Arguit: cōposita a pos nō hñt otis curtā in gtō, g° male dicit textus (sed de potis o breuiā.) Probat qa antipos et tripos sunt composita a pos: et tñ nō hñt otis: sed odis: vnde dicit Virgilius Tripodes sacri. Dōm q pos habet duplex pcatū. Primo est idē q potens et sic eius cōposita hñt otis curtā: vt vult textus Scdo est idē q pes: et tūc cōposita eius hñt odis: vt dicit Virgilius.

¶ Arguit: iste exceptiones sunt insufficientes: qa adhuc sunt plura noia in os termīata q tñ nō hñt otis in gtō. vt rinoceros nō hz rinocerotis sed rinocerontis. Dōm q qñ habet rinocerontis tūc hz rinoceron in ntō. sed qñ hz rinocerotis: tūc habet rinoceros in ntō. et tūc ista regula sibi conuenit. Jtē rinoceron est animal valde horribile gerens cornua in naribus. ¶ Mos est virtus vel consuetudo. Et differunt mori dti casus a mos: et mori gti casus a morus mori teu. eyn maulberbaum. zwyczaij. et mori infinitiuus huius verbi morior. teu. sterben. vmrzecz. vñ. Juste malo mori q nō assistere mori. Hos quos credo mori nego fruct' mandere mori. ¶ Flos teu: eyn blum: kwiat. et dr p ethimologiā lralem qsi fundens late odorem suū. Jtē. Qui pingit florem nō pingit floris odorē Jtem flos est equocū. Primo pcat herbam vel arborem virentem. vñ. Nō laudo florem qui vilem reddit odorem. Scdo importat probitatem. Unde poeta. Flos iuuenū crescit. et c. Tertio est idem q christus vt ibi. Stirps iesse virgam produxit: virgaqz florē. Virgo dei genitrix virga: flos filius eius. Quarto pcat decorem: et sic dr de homine docto pulchro et virtuoso. Jste est flos totius almanie francie Polonie et c. Quinto pcat simulam et pinguedinē farine: et sic dicitur in antiqua lege: q iudei conficiebant panem azimum ex tenuissimo flore tritici. Sexto pcat gloriam humane vite. Unde Esaias. Exsiccatum est fenum et cecidit flos. Septimo significat virginitatem. Unde dicitur. Hec puella amisit florem castitatis id est virginitatem. Octauo et vltimo pcat colorem rhetoricalem et sic capitur metaphorice quia sicut flores decorant prata et arbores: sic sermones et orationes ornantur per colores rhetoricales. vnde versus. Flos nitet: est probitas christus: decus: atqz farina. Gloria virginitas rhetoricusqz color.

¶ Nepos est equiuocū: Primo est idem q cognatus scilicet filius fratris vel filius filij. Et dicitur nepos quasi natus post. Secundo est idem quod luxuriosus; et tunc venit a nepa nepe quod est genus serpentum luxuriosum et tunc est

Mos.

Flos

Nepos

adiectiuũ. vñ?. Et nati stirps mascula nepos: est luxuriosus. Itẽ q̇dã epũs scri-
psit nepoti suo sic. Chare nepos si delitias imitare nepotũ. Incipis esse nepos:
desinis esse nepos: Id est dilecte cognate si imitaris delitias nepotũ. i. luxurio-
sorũ tũc incipis eẽ nepos. i. luxuriosus: ꝛ desinis esse nepos. i. non eris cognatus

Cos. meus. ¶ Cos ein wetzsteyn oder schleifsteyn: ꝛ dꝛ a cote grece qd̄ est incisio la-
tine. Vñ cotula. i. mẽsura vini: q̇ ideo cotula dꝛ: q̄a p eam fit incisio ꝛ diuisio sex-
tarij in duas partes eq̄les. vñ?. Cos acuit ferrum mensurat cotula vinũ: Sacer-
dos pꝛzibi(Atq̧ sacerdotũ) Itẽ hic ꝛ hec potis ꝛ hoc pote. i. potẽs. Et p illo
nomine inuenitur pos potis. Vñ Cacho: Hoc bibe quod possis si vis viuere sa-
nus. Inde dicitur compos ꝛ impos. Compos dicitur ille q̇ est potens vt vigoro-
sus in membꝛis suis ad operandum. Sed impos dr̄ debilis vl' nõ h̄ns posse mem-

Bos. bꝛorum. ¶ Bos teuthonice ein rindt. poloni. wol. Item bos est communis
g̃. ꝛ sĩcat indr̄nter vaccã vel htaurũ: tñ vtimur eo frequẽtius p thauro castrato
Vñ boare. i. sõnare ad modũ bouis. Itẽ indigeo bobus ad rura colẽda duobus.

Glos. Item Est puer in patria quasi bos nutritus in aula. Glos est equiuocum ad
tria secũdum triplicẽ eius gtĩn. vñ Discite quid sit glos: lignũ vel femĩa vl' flos
Glos gloꝛis flos est: glos glotis femina fratris. Glos glossis lignũ vetus est

Os. de nocte serenum. Itẽ Ris tibi dat floꝛẽ: sis lignum: tis mulierẽ. ¶ Os
oꝛis teu. eyn munt: polo. vsta. ꝛ dr̄ quasi ostium ventris: p os eñ tanq̄ p ostium
cibus intrat ad stomachũ. ꝛ sermo per ipsum exit: ꝛ sputũ per ipsum eijcitur Sz
os ossis teu. beyn: ꝛ dicitur ab os oꝛis: eo q̄ ossa magis appareant in oꝛe: scz in de-
tibus. Vñ Deuoꝛatos os oꝛis q̇cq̇d lucrat̃ os ossis Itẽ os ossis dicitur illud qd̄
in nobis carne ꝛ pelle vestit̃. vñ?. Os oꝛis loquit̃ coꝛeo vestit̃ os ossis. Itẽ os se
caret glossa: per quã frangunt̃ ꝛ ossa. Itẽ glossa est lingua in oꝛe. ¶ Custos

Custos. dꝛ a cura q̄si sub cura stans: vel q̄si curã gerens: cui? officiũ ꝛ actus dꝛ custodia.

Heros vñ?. Custos q̇ seruit: custodia dꝛ actus. ¶ Heros herois dictio greca. i. herus
vel dñs latine. Et est dr̄a inter heros nti casus ꝛ heros acti casus plis nũeri ab
hoc noĩe herus. vñ?. Nõ amat hic heros degeneres sed heros. i. hic heros. i. iste

Minos. dñs nõ amat degeneres. i. ignobiles: sed eros. i. nobiles. ¶ Mynos mynois
est dictio greca ꝛ ꝯpꝛehendit̃ ẜm quosdã sub hoc noĩe heros: ꝛ est pꝛopꝛiũ nomẽ
cuiusdã regis. Vñ minothaurus ppꝛiũ nomẽ cuiusdã mõstri: q̄d pꝛoducũt fuit
ab vxoꝛe minois: qd̄ pꝛo vna parte assimulat̃ thauro: ꝛ pꝛo alia parte minoi regi

nomẽ in vs coꝛreptã in gtõ in neutro gñe in gtõ nominibus

Vs curtã dat oꝛis neutro. ẜ er ʒ dan? ill

.s. n omĩa. illas terminationes in gtõ. dat. hoc nomen.

Os. Coꝛrepta **Que dãt lus nus d?. ẜ oꝛis p̄bet tibi fen?**

.s. etiã h̄nt oꝛis. hoc nomen. in gtõ. donat.

Et facin? pign?. intercus vtis tibi p̄bet.

.i. feminini gñis in gtõ. neutri gñis. in gtõ.

Dat pec? ẜ pecudʒ. pec? ẜ pecoꝛʒ sibi iũ-
(git.

¶ Dicit q̄ noĩa neutri gñ in us bꝛeuẽ termĩata h̄nt oꝛis penultima coꝛrepta in
gtõ: vt coꝛpus coꝛpꝫ pect? pectoꝫ. Sed que terminant̃ in lus nus dus habent
eris curtam in gtõ: vt vellus vellerꝫ: onus oneris: pondus ponderꝫ: Sz fen? h̄

oris: et etiam facinus et pignus. Et intercus habet vtis. Et pecus feminini generis habet pecudis in gtō. sed quando est generis neutri habet pecoris.

nomina facies in gtō noīa siliā in ꝑcatiōe a qb⁹ descēdūt
Hec formas in eris q̄ sunt cōsimia v̓bis
verbis .i. breuis inuenit in penultima sillaba
In q̇bus e curta repit in antesuprema

¶ Dicit ꝙ noīa in vs terminata cōsimilia verbis in ꝑcatione (in q̇bus reperit e curta in penultima sillaba) hn̄t eris correptam in gtō. vt a vulnero as are venit vulnus vulneris: ab vlcero as are venit vlcus vlceris.

nomē neutri gꝫ varia nomen ꝯparatiuū est .i. masculinū et femim
Neutrū declina qđ cōparat vt duo pria

Cōpatiui gradus — **Vs.**

¶ Dicit ꝙ nomē ꝯpatiui gradus in vs neu. gꝫ facit gtin̄ vt duo prima .i. vt masculinū et femininū genus in or. qa sicut melior cōis gꝫ hꝫ ꝓductā oris sic etiam melius neu. gꝫ habet oris productam.

in gtō illa duo nomina qđ etiā hꝫ oris curtam
Dāt aceris leporis ac⁹ lep⁹ addito tps

¶ Dicit ꝙ hoc nomē acus hꝫ aceris in gtō. et hoc nomē lepus habēt leporis: cui additur tempus qđ etiā habet oris curtā: vt temporis.

nomen in vs productam in gtō excipe palus in gtō
Vs ꝓducta tibi dabit vtꝭ deme paludꝭ

Produ-cta. — **Vs**

.s. noīa gti casus illa duo nomina excipienda seruamus
Et q̄ dant tellus incus demēda tenem⁹.

¶ Dicit ꝙ nomina in vs productā terminata hn̄t vtis penultima producta in gtō. vt salus salutis. virtus virtutis. In excipiunt palus tellus et incus: nam Palus habet paludis: tellus telluris: incus incudis.

facient in gtō .s. nomina hoc nomē in gtō .s. qđ hꝫ suis
Formabūt vrꝭ mōsyllaba gr⁹ gruis et sus

¶ Dicit ꝙ nomina monosyllaba in vs terminata habent vris: vt mus muris: thus thuris: crus cruris. Sed grus habet gruis: et sus suis.

illi noi. termiātio gti illi noi termiatio illa duo nomina habent
Es erꝭ dabit. pres p̄dis. laus q̄ꝫ fraus.

Nomen. — **Es.** **Aus.**

¶ Dicit ꝙ hoc nomen es habet eris: pres habet predis. Et ista duo nomina scꝫ laus fraus et habēt dis in genitiuo. vt laudis fraudis.

¶ Arguit. Alexander nō vtitur hic bono processu: qa omnis instructor iuuenū debet procedere per ea q̄ sunt notiora: sed ipse loquit hic de quantitate syllabarū dicens. Is correpta. Vs producta: que iuuenibus sunt ignota ergo etc. Dōm ꝙ hoc solū facit p accn̄s: inquantū scꝫ illa q̄titas cōuenit dcōnibus penes gtin̄: aut penes aliū casum declinandis: sed eius determiatio scialis reseruatur vsqꝫ ad tertiā partē. ¶ Corp⁹ teu. ein leichnā: et dr corpus q̄si cordis pus .i. custodia: qa corp⁹ ē custodia cordꝫ. Pect⁹ ein brust: pierii .s. pars ps corpis sub collo

Corpus. Pectus.

Vellus ¶ Vellus est cōuolutio criminū q̄ simul tradunt̄ ab oue: ⁊ inde fiūt vestes ho-
minū. Et dr̄ a vello is ere. i. deponere. vn̄. Nō sibi sed alijs aries sua vellera por-
tat. Sic alijs vnit diues auarus opes. ¶ Onus ⁊ pondus sunt synonyma. Jn̄
Onus. veniūt duo verba. s. onero as are: ⁊ pondero as are. Et dr̄nt onerare ⁊ honora-
re. vn̄⁹. Cū bladis onero nauem: patrē sed honoro. Jtē. Quē grauas oneras: s;
quē reuereris honoras. ¶ Pondus teu. ein swer last (brzemie) capit̄ tn̄ sepe
Pondus p illo quo mensurat̄ ⁊ ponderat̄ teu. pfunt. i. libra vel vnus as. Jn̄ ponderosus
a um. i. grauis. ¶ Fenus est duplex vsura. Jtē qcq̄d hō recipit vltra capitale
Fenus. preciū de mutuo dicit̄ vsura. Sed qn̄ de vsura dat̄ lucrū sicut de capitali hoc di-
cit̄ fenus. vn̄⁹. Est vsura suos cū q̄s tradit mihi inimicos. Sepe lucri: fenus du-
plex vsura vocat̄. Jtē dr̄nt fenū. i. gramen in pascuis: ⁊ vena e teu. ein ader do
das blut durch dringet: ⁊ venus. i. dea amoris: ⁊ fenus. vn̄⁹. Gramina sunt fena
sed sunt in corpore vene. Est dea dicta venus: duplex lucrū tibi fenus. ¶ Faci-
Facinus. nus. i. pctm̄. Jn̄ facinorosus. i. facinore plenus. Jtē. Ad facinus duplex nō suffi-
cit vltio simplex. ¶ Pignus oris. i. filius: vel signū amoris vel cōfederatio.
Pignus. Sed pignus. i. vadiū teu. ein pfant. s. qd̄ pro credito datur ex defectu pecunie.
vn̄⁹. Pignus p̄bet oris cū federis est vel amoris. Cū tibi p̄bet eris defectū de-
notat eris. Jtē. Pignus in o natū: sed pignus in e vadiatū. Pignora p natis:
sed pignera p vadiatis. Vtimur tn̄ vno sepe pro reliquo. Etiā Priscianus po-
nit duplicē gtm̄ tam p illo q̄ vadio. vn̄⁹. Pignora natorū dicunt̄ pignora rerū.
Sed quē lex docuit p pignore pignora ponit. ¶ Intercus est infirmitas q̄⁹-
dā inter carnē ⁊ cutē pueniens ex superfluitate cibi ⁊ potus: qn̄ sc; stomachus
Intercus nimiū repletus excutit ⁊ emittit minus bn̄ decoctū ⁊ indigestū: qd̄ fluit ad exte-
riora membra vsq; ad cutē: ⁊ tūc dr̄ intercus q̄si inter carnē ⁊ cutē. vn̄⁹. Vix erit
intercus tibi scis mandere parcus. ¶ Pecus est equocū s̄m q̄ h; pecoris vl
Pecus pecudis in gtō. Nā quidā dicūt: q̄ pecus pecudis s̄cat vnā solā bestiā: sed pecus
pecoris s̄cat gregem vel collectionē bestiarū. vn̄⁹. Vnica praua pecus inficit oē
pecus. Jtē. Vna pecus pecudis pecus hoc collectio fert. Alij seq̄ntes cōmune
vsum (qui nunc seruat̄) dicūt q̄ pecus oris neu. g; s̄cat aīalia maiora: vt boues:
equos ⁊ asinos. Sed pecus pecudis f; g;: s̄cat aīalia minora nō valentia ad por-
tandū iugū laboris vt ouis capra ⁊c. vn̄⁹. Est pecus hoc qd̄ erat: pecus hec que
nō iuga portat. ¶ Jtē nota q̄ a noībus h̄ntib⁹ vs correptā in ntō. ⁊ eris cor-
Nota. reptam in gtō veniūt verba p̄me cōiugationis in ero. vt a ly pondus eris venit
pondero as are: ⁊ a ly onus eris venit onero as are. S; hinc excipit̄ vello is ere
quod est tertie coniugatiōis. vn̄⁹. Terne nomē in vs quod eris facit in gtō. De-
se formabit in ero verbū tibi prime. Demit̄ hinc vello quod terne noueris esse.
¶ Jtē glomus ⁊ vetus patebunt infra. ¶ Vlcus teu. ein schwer. (wrzod)
Glomus. Jn̄ vlcerare. i. vulnerare. Vulnus ein wunde (rana) Jn̄ vulnerare teu. ver-
Vlcus. wunden oder letzen. ¶ Doctius est nomē cōparatiui gradus: ⁊ h; oris in gtō
Doctius sicut duo prima. i. sicut doctior mas. g; ⁊ doctior f; g;. Et silr̄ melius h; oris in
neutro gn̄e sicut melior in cōmuni gn̄e. ¶ Acus eris est neu. gn̄is tertie de-
clinationis ⁊ est palea frumenti. Sed acus us ui feminī gn̄is quarte declinatio-
Acus nis est instrumentū sartorū. ygla. vn̄⁹. Est sartorū acus: fit quarte femineumq;.
Sic ⁊ acus tritici purgamentū solet esse. Sed tūc est neutrū faciens aceris ge-
nitiuum. Jtem dicit Jo. de gar. q̄ acus us ui aliquando est mas. g; ⁊ s̄cat idem
quod spinter seu calamistrū. vn̄⁹. Hoc acus est palea: fuit hic acus: hec acus or-
nat. ¶ Lepus eyn has; (zaiaucz) ⁊ dr̄ a leuis ⁊ pes p ethimologiā sillabalē
q̄a leuiter currit cū pedibus. vn̄⁹. A leuitate pedū dicit̄ esse lepus. Jtē currens
Lepus p prata nō est lepus esca parata. Et dr̄nt lep⁹ leporis ⁊ lepos leporis. i. facūdia

Vn⁹. Rure fuge lepores: in verbis quere lepores. Nā lepus est anīal: lepos est facundia fandi. Itē a lepus venit lepusculus. i. paruus lepus. Et leporinus a um. i. de lepore exīns. Sed a lepos oris venit lepidus a um. i. suauis ꝛ facundus.

¶ Tempus est equocū ſm quosdā. vn⁹. Tpus pars capitis: ꝛ tēpus denotat hoꝛam. Et dicūt aliq ꝙ ꝓ parte capitis nō debet dici tēpus: sed timpus: sed cōtra illos est Io. de gar. vn⁹. Tēpus nō timpus dicas: saltem nec saltim. ¶ Virtus teu. tugent. ¶ Salus teu. ein heiel ader gesuntheit. Vn̄ salutatio onis idem. ¶ Palus paludis est terra aquosa in q̄ pascunt rane. Sed palus li ē stipes per quē discernunt ingeres. i. agri ꝛ vinee ab inuicem. Vn̄ palixtus idē. vn⁹. Ranis apta palus distinguit iugera palus. Itē pala pale est instrumentū quo purgat hordeū: vel ē locus cōcauus in annulo. vbi infigit lapis ꝑciosus. Sꝫ palā aduerbiū. i. manifeste: vn⁹. Nō venit ille palā q̄ furat mihi palā. Itē palus d̄r aliq̄n furia damnatorū vel locus eorū. vn⁹. Ranis grata palus: furie damnatio palus.

¶ Incus ē instrumētū ferreū sup qd̄ fabricant fabri: ꝛ ꝑducit in mediā in obliq̄s. vn⁹. Dū calet incude faber ferrū h̄ꝫ cude. Itē. Dū satis est calidū debem⁹ cudere ferrū. Quidā tn̄ dicūt ꝙ corripit mediā syllabā. vn⁹. Incus in cliuis hꝫ incudis in gtīs. Fabri xantenses cudūt incudibus enses. Item cliuis ꝛ Xanctis sunt duo opida in terra cliuensi. ¶ Tellus die erde: ē terra frugifera. Et d̄r̄nt aliq̄liter humus solū terra ꝛ tellus. vn⁹. Humor reddit humū: sed arandi terra dat vsum. A tero sic dicta terit: cū tellus arat. Est solū solidū: tellus q̄a tollit in altū. ¶ Mus ein mausz. (mysz) ꝛ nota d̄r̄am inter muris gti casus a mus: ꝛ muris ablti casus ab hoc noie mur⁹ muri. vn⁹. Gens neq̄t his muris plusq̄ decus tolere muris. ¶ Thus teu. weyrach (kadzidlo) ꝛ est illud qd̄ cremat in ecclesia dū fiūt sacrificia. Vn̄ thuribulū. i. vas in quo thus cremat vel portatur.

¶ Crus ein beyn (kosc) ꝛ d̄r a curro. q̄a cruribus currim⁹: ꝛ sunt crura sub genibus vsq̄ ad suras. Vel crus est os anterius tibie. Itē tibia. die schin (golen) Sura die waden an den schinenn. ¶ Sus est porcus vel porca: inde succellus ꝛ succella. i. paruus porcus vel parua porca. vn⁹. Qd̄ sus peccauit succula sepe luit. ¶ Itē nota d̄r̄am inter suis nom̄ suis v̄bū ꝛ suis ꝓnomē. vn. Setis dorsa suis dat suis eē suis. ¶ Grus ein kranich (zoraw) ē auis q̄dā sic dicta a sono: q̄a grues gruunt. i. cōueniūt in volatu: inde grucula le diminutiuū. i. parua grus. Itē plus valet in manibus passer q̄ sub dubio grus. ¶ Es est metallū siue pecunia. vn⁹. Ecce domus veneris: ad quā si veneris eris. Nulli carus eris si copia deficit eris. Munera ni dederis inde repulsus eris. Itē eris seruus eris si te species trahat eris. ¶ Pres supra expositū est: inde prediū. i. hereditas. vn⁹ Dogmata dat fidei preses: sed predia predes. Item est d̄r̄a inter predis gtm̄ a pres ꝛ predis abltm̄ a preda prede: ꝛ predis ab hoc verbo predo is ere. i. prealijs dare vel honorare preponere vel ornare. vn⁹. De predis ꝑdis si viuis nō b̄n̄ predis. i. non b̄n̄ facis honorem: si viuis de spolijs predis. i. diuinis. ¶ Laus est frequens fama ex meritis precedentibus diuulgata. ¶ Fraus. i. deceptio. vn⁹. Est dignus laude q̄ cuncta facit sine fraude. Itē: Vulpes amat fraudem: lupus agnū: femīa laudē. ¶ Itē Emaus reperit in quibusdā nouis textibus. Et est propriū nomen castelli vel opidi: et est indeclinabile.

precedit tales littere formabit casum
Si ꝑit s. vel b. vel m. vel p faciens gtm̄.
illā lr̄am precedit
Interpones i tamen e si b preit aut p

Tempus. Virtus Salus. Palus Incus Tellus Mus. Thus. Crus. Sus Grus. Es eris. Pres. Laus. Fraus: Emaus.

alla lr̄a in gtō nomina vnius syllabe excipiant

E mutatur in i si nō monosyllaba fiant

¶ Dicit ꝙ noīa terminata in es hn̄tia b vel m vel p an̄ s faciūt gtm̄ interponendo i inter s ꝛ tales lr̄as. Exm̄ de bs vt arabs arabis: De m s. vt hyems hyemis De ps vt stirps stirpis: inops inopis. Tunc e si b p͛cit ꝛc.

¶ Dicit excipiendo. ꝙ si ista lr̄a e p̄cedit b vel p. tūc e mutaꝛ in i vt celebs celibis: princeps principis. Et hoc est verū si nō sint nomina monosyllaba: q̄ in monosyllabis nō mutatur e in i sed remanet e in gtō. vt plebs plebis.

ille gtūs demitur ex illo nomine inuenitur

Excipit. **Aucupis excipit̄ ex auceps qd̄ repitur.**

¶ Dicit ꝙ a p͛dicta regula excipitur hoc nomen auceps: quod nō mutat e in i in gtō. sed in u: vt auceps in ntō habet aucupis in gtō.

¶ Arguiꝛ: cōposita a caput in ceps terminata habent curtam itis in gtō. vt anceps ancipitis: preceps precipitis: de q̄bus Alexander hic nullam facit mentionē: ergo est insufficiens in suis dictis. Dōm ꝙ licet Alexander nō faciat mentionem de eis: tamen bene infra hoc perficiet: ibi. Que das a capite.

¶ Queriꝛ: quō cōposita in ceps a caput ꝛ a capio faciūt suos genitiuos.

¶ Dōm ꝙ cōposita a caput faciunt pitis: sed a capio faciunt pis. vn̄ʼ. In cepa a capio faciunt pis in gtō. In ceps a capite tibi suscipiunt pitis apte.

illam litteram depones

Ls Es Rs **L s aut n s aut r s s remouebis**

illam syllabam a frons a lens a glans exceptis

Excipit. **Tis iūges. frōdis lēdis glādisq̄ remot**

nomina hoc nomen hoc verbū p̄dictis adiūgendo

Addit ad exceptionem. **Que cor vl' pendo cōponit eis sociādo**

¶ Dicit ꝙ nomīa in ls in ns in rs terminata faciūt gtm̄ remouendo s ꝛ addendo tis: vt puls pultis: mons montis: ars artis. Inde excipiunt ista nomina scz frons lens ꝛ glans: que etiā habent dis in gtō. Et cōposita cor ꝛ pendo habent etiam dis in gtō. vt concors concordis: librip̄ens librip̄endis.

¶ Arguiꝛ: frons inuenit hꝛc frontis: lens lentis: glans glantis: ergo textus est insuffitiens nō declarans hoc. Dōm ꝙ quando hn̄t tis tūc nō excipiunt.

hoc partipium cū suis cōpositis. facit. in gtō.

Ponit doctrinā. **Semp iens cū p͛le sua formabit euntis.**

Ambiens. hec regula. in gtō nomen cōpositū sit. hoc nom̄. facit.

Ambio lege caret. vnciasq̄ qd̄ vntia forat

¶ Dicit ꝙ hoc participiū sp̄ cū suis cōpositis formabit eunt̄ in gtō: vt trāsiens transeunt̄. Inde excipiꝛ hoc participiū ambiens: qd̄ habet ambientis. Etiam excipiuntur descendentia ab vncia: quia habent vncis: vt quincuns quincuncis.

¶ Arguiꝛ: quiens et eius composita: vt sunt inquiens nequiens: habent etiam euntis: ꝛ tn̄ non ponunꝛ hic ergo ꝛc: Dicendū ꝙ comprehendunꝛ sub istis.

¶ Arguiꝛ: sunt aliq̄ noīa q̄ terminanꝛ in iens q̄ tn̄ nō hn̄t euntis: nec etiā excipiunꝛ: hic ģ ꝛc. Probaꝛ: q̄ superbiens nō hꝫ supbeūtis s; supbiētis. Dōm ꝙ cō

p̄hendunt̄ sub ambiens: qd̄ ꝑ ambio intelligit̄: q̄a siue fuerit ꝯpositū siue non sꝫ hꝫ supbiētis. ¶ Arabs celebs calibs vrbs stirps stips patēt s̄. ¶ Princeps ein furst (xiaze) ꝛ d̄r a p̄mis ꝛ capio. Jn̄ principiū ꝛ p̄ncipatus. Jn̄ p̄ncipis̄sa. ¶ Plebs.i.ppl's. Jn̄ plebe⁹ a um.i.simplex ꝛ nulli⁹ reputatiōis. Jtē quondā dicebat̄ plebes plebis: sed mō d̄r plebs plebis. Jn̄ plebecula.i.parua plebs. Jn̄ plebesciti̅ū.i.statutū plebis. Jtē Ber. ponit d̄fam inter hec noīa ppl's vulgus ꝛ plebs. vn̄⁹. Hoc noīe ppl's hoīes ḡnaliter vrbis. Colligit eiusdē sed plebs igno bilitatē. Cōtinet ꝛ vulgus: quo sic variare solem⁹. ¶ Jtē quondā dicebatur trabes trabis adipes adipis: plebes plebis ꝛ sic adhuc retinent illum gtīn. vn̄⁹. Jstanores: qm̄ dixere trabes adipesq̄. Jn recto veteres vbi nūc plebs fertur adeps trabs. ¶ Auceps ꝯponit̄ ab auis ꝛ capio: q̄si aues capiens (ptasnik). Jn̄ aucupiū.i. tale officiū capiendi volucres. vn̄⁹. Fistula dulce canit volucrem dū decipit auceps. Et ab eo venit aucupor aris.i. volucres cape seu decipe. Et d̄r anceps ꝛ auceps. vn̄⁹. Est anceps dubi⁹: volucrē sed decip̄it auceps. Etiā anceps ē res hn̄s duo capita vel scindens ab vtraq̄ parte sicut q̄dā gladij. Uel anceps d̄r hō dubitans q̄d de duobus facere debeat. Biceps d̄r instrumentū in duab⁹ partib⁹ scindens. ¶ Ars.i.sciā. Arceo es ere.i. restringere: ꝛ hꝫ arcitū in supino vel artū ꝑ sincopā. Jn̄ venit arto as are frequentatīn. ꝛ ē origo. vn̄⁹. Arto fons artis: q̄a nos artis documētis. ¶ Frons ē equocū: q̄a qn̄ hꝫ frōdis in gtō. tūc ſ̄t ramū vel foliū arboris: ꝛ qn̄ hꝫ frontis tūc ſ̄t anteriorē ptē capitꝫ. vn̄. Frons frōdis foliū: frons frōtis capitꝫ sit. Jtē frons frontꝫ caput est: frons frōtꝫ i arbore crescit. ¶ Glās vno mō ſ̄t fructū q̄rcuū: ꝛ sic hꝫ glādis i gtō. Alio mō ſ̄t tumorē carnis: ꝛ sic hꝫ glātis. vn̄. Glāde pecus crescit: sꝫ collū glāte tumescit. Glās dis duo ſ̄t: q̄a ſ̄t fructū q̄rc⁹: ꝛ ſ̄t massam plūbeā ad modū illi⁹ fruct⁹ factā: q̄ ꝓijcit̄ cū fundis. vn̄⁹. Fūda iacet glādes: nascūt̄ i arbore glādes ¶ Lens lēdis ē semē pediculorū: sed lens lentis ē genus leguminis: ein linsen: (soczewicza) vn̄⁹. Lēs lēdis capiti: lēs lētis ꝯuenit ori. ¶ Uecors.i. infirm⁹ ꝛ d̄r q̄si hn̄s ve.i. dolorē in corde. ¶ Cōcors.i. eiusdē ꝓpositi cū alijs. ¶ Discors.i. dissentiēs cū alijs. ¶ Secors: ecors ꝛ excors pōt poni ꝓ mortuo. Et sic d̄r secors q̄si seorsum a corde. ¶ Excors ꝛ ecors q̄si extra cor: ꝛ sepe ponit̄ ꝓ timido. pterrito ꝛ ignaro. ¶ Unicors q̄si vni⁹ cordis cū alijs. ¶ Libripens d̄r illud a quo pendeat libra. s. man⁹ hoīs vel aliq̄d hmōi. vn̄. Qui librā tenet librarius ac libripens est. Jtē hic librari⁹ hec libraria d̄r tenēs librā vel custodiēs librā: ꝛ tūc descendit a libra: sed qn̄ descēdit a liber tūc ē idē ꝙ scribens vel custodiens libros. ¶ Supbiens hꝫ supbientis. Et nota ꝙ supbio is ire nō ē ꝯpositū a sup ꝛ eo. sed a sup ꝛ vio as are: ꝛ mutat̄ v in b in ꝯpōne. vn̄ Jo. de gar. B mutat̄ in v persepius ꝛ viceuersa. Sicut viginti ꝓbat atq̄ supbio mōstrat. Jtē viginti d̄r a bis ꝛ gintos grece qd̄ est decē latine: q̄si bis decē. Alij dicūt. s. Brito ꝛ Huguitio ꝙ supbio est simplicis figure: ꝛ admittūt hn̄ ꝙ supbio ꝑ ethimologiam d̄r quasi sup se ire vel viare. Et dicūt Ger. ꝛ Jo. de gar. ꝙ ibi nō est distinguendū inter compositionē ꝛ ethimologiā: vel tūc fuerunt illius opinionis. Et per hoc soluuntur multe instantie circa hanc regulā: ergo Ger. non loquit̄ autentice in hoc metro. Que componunt̄ ab eo retinent eo semp. Ambo formatio ducit ꝛ superbio secū. ¶ Jtē magis autentice sic format̄ vnū metrū. Que cōponit edo dat eo: sed ambio. demo. ¶ Ambiens est participiū ab ambio is ire. qd̄ ſ̄cat circuire vl' cupere honorē. vn̄. Ambio dic cupio. dicat̄ ambio lustro. Jtē ambitus us ui nomē est media correpta: sed ambit⁹ a um participiū est media ꝓ ducta. vn̄⁹. Ambitus ē nom̄: ambit⁹ participans est. Ambitus nomē est equocū sicut ambio. vn̄. Ambitus est redditus: est circulusq̄ cupido. Jtē ambiciosus d̄

Arabs. Princeps. Plebs. Nota. Auceps. Ars. Frons. Glans. Lens. Uecors. Concors. Discors. Excors. Unicors. Libripēs. Supbiēs. Ambitus.

ſupbus q̃ ſex cupit honorem. Reddens participiũ a redio is ire. i. reuertere. Jñ reditus us ui: qđ eſt equocũ. Ul no mõ ſcat cenſum vel annonam vnius anni quia redit oi anno. qđ quidã ſcribũt p duplex d τ tũc venit a reddo. Alio mõ ſcat tranſitũ vel regreſſum. Jñ dr̃ reda id eſt vehiculũ: ein ſeblit. Dicit tñ Huguitio q̃ reda põt dici rota: qa ducit q̃ttuor paruis rotis. Uñ Juuenalis. Ecce domus tota reda ꝯponit vna. ¶ Abiens id eſt recedens: τ venit ab abio is ire. Jtem tranſiens: obergebende: τ dicit a trãſeo is ere. ¶ Uncia eſt duodecima pars aſſis. Jnde vnciola. i. parua vncia. Jtẽ compoſita ab vncia habent vncis in gtõ. quincuns quincuntis id eſt quinq̧ vncie. Secuns. i. ſex vncie. Sepcuns id eſt ſeptem vncie. Decuns ſunt decem vncie. τc.

Abiens | Uncia

Ut

nomen in vt · in gtõ · hoc nomen · exemplificabis

Ut tibi p̃bet itis. ſic p caput ec̃ pbabis.

¶ Dicit q̃ nomẽ termiatũ in vt hʒ itis penultima correpta in gtõ. vt caput capitis. Jtẽ raro inueniunt noia in t termiata declinabilia hñtia aliã vocalẽ añ t q̃ v. Jnueniť tñ ſcarioth ſcariotis declinabile vel ſcariotes τ hui⁹ ſcariote: ſicut teſbites τ teſbite. Etiã dr̃ hic τ hec ſcariotis τ hoc ſcariote: τ eſt nomen vici de quo iudas traditor ſumpſit nomen: τ dicebať iudas ſcarioth vel ſcariotis.

Caput

¶ Caput itis: ein haupt (glowa) Et capitur equiuoce: vtꝫ patet. Et cõponit τ dr̃ ſinciput. i. anterior pars capitis. Occiput. i. poſterior pars capitis. (thyl.)

X

terminatis · nomen in x

A v̂bis in go veniens x gis tibi format.

Prima regula

¶ Dicit q̃ noia terminata in x: venientia a verbis terminatis in go mutant x in gis in gtõ. vt a lego venit lex legis: a rego venit rex regis.

a coniunx · deponit · ntũs

Cõiugis n remouet cũ rect⁹ n ſibi ſeruat.

Excipit.

¶ Dicit q̃ cõiunx hʒ cõiugis in gtõ remouendo illã lrãm. n quã ntũs habet.

in gtõ · nomina in x · depoſita

Cis iungũt alia tñ x prius inde remota.

Regula gñalis.

¶ Dicit q̃ noia in x terminata non venientia a verbis in go addunt cis in gtõ remouendo x: vt pax pacis: felix felicis.

ante · .ſ. nomina · nomen cõpoſite figure

E ſup x. niſi ſint mõoſyllaba cõpoſitũ ve.

Speciꝫ uocat.

.ſ. nominibus · in gtõ · .ſ. lrã · corripi

Ex ipſis e per i mutant q̃ vult breuiari.

¶ Dicit q̃ noia termiata in x: hñtia e añ x mutãt e in i breuem: vt iudex iudicis. ꝟtex verticis: niſi fuerint monoſyllaba aut cõpoſita: qa illa ſeruãt e in gtõ. De monoſyllabis vt lex legis. De cõpoſitis vt exlex exlegis.

a lodex · a veruex · declinare

Lodicis demas veruecis dicere debes.

Excipit.

¶ Dicit q̃ lodex veruex excipiuntur a regula predicta: quia lodex producit in genitiuo i et veruex retinet e.

nomen mas. gnis in gtō hoc nomē .s. i gtō penultia lōga
Si mas fit in x dat icis. fenix dabit icis. Scdo spe ciuocat

in gtō in gtō
Mastix mastic⁊ bombix bombic⁊ hēbit

¶ Dicit q nomē mas. g. in x facit icis in gtō penultima correpta: vt calix calicis. Sed fenix mastix ⁊ bombix habent icis penul. pducta.

alia nomina in x terminata prolongant in penultima syl.
Cetera q̄ dāt x pducūt in añsupma ium Tertō spe ciuocat

illos gtōs a regula predicta
Sz greg⁊ atz truc⁊ ⁊ fac⁊ ⁊ pic⁊ ⁊ nucis Excipit

demis preter istos gtōs
Excipis atz ducis crucis salicis filicisq̄z. Excipit gnaliter.

¶ Dicit q cetera noīa in x (de qb⁊ nō ē mētio facta) pducūt penultimā syllabā: vt audax audac⁊ ⁊c. Sz excipiūt noīa in textu posita: qa corripiūt penultimā. ¶ Arguit: sunt pl'a noīa q hic ponūt: vt nex prex terrex ⁊c. q̄ nō (in gtō. corripiūt g̊ ⁊c. Sol'o talia noīa ɔphendunt sub istis in textu positis. Vel Dōm q Alex. ideo nō ponit illa noīa: qa multa illorū nō ɔueniūt vsui iuuenū.

in gtō noīa
Nec g nec c tūt q̄ dāt nix nox atz supellex

a senex a nox a spinx fm grecos
Dic sen⁊ ⁊ noct⁊ ⁊ spig⁊ seu dicito spigos

¶ Dicit q ista noīa in textu posita nec habent gis nec cis in gtō: qa nix habet nicis: senex senis: nox noctis: ⁊ spinx habet spingis seu spingos.

.i. crescentiā duplicē in gtō hoc nomen
Cremētū duplex debz formare supellex Ponit doctrinā

¶ Dicit q hoc nomen supellex habet supellectilis in gtō per duplex crementum id est per duplicem crescentiam.

nomina cōponis ab illo nomine hoc nomen hoc nom
Que das a capite velut anceps iūge bi- Addit.

¶ Dicit q ɔposita a capite etiā hñt duplex crementū in gtō sicut supellex: vt anceps ancipitis: biceps bicipitis. (**cepsq̄z**

hoc nomen in gtō .s. de formatione gti
Ac iter optat eris sed nō vt regula q̄rit

vxor eius. vnde v̾sus. Que frumenta molit mola: sit moles tibi pondus. Item moles lis dicit̄ graue pondus seu magnum. Item differunt mole a moles: ⁊ mole a mola. vn̄'. Non leuitate mole sed aqua currit rota mole. Item molior eris est cum difficultate ⁊ ingeniose laborare. Molio is ere: weichmachen. vn̄ v̾sus. Molior iris opus molo granum: molleo ceram: Molleo es ere id est mollis eē: inde mollesco inchoatiuum: inde etiam mollis: weich(miekki)inde mollicies. Item nota ꝙ molo conuenienter caret supino: tamen quando capit̄ transsumptiue pro terrere est actiuum ⁊ habet multū in supino. Sed ad differentiam huius nominis multum ti frequentius dicimu molitum. Sic etiam volo haberet vultum: sed propter differentiam huius nominis vultus us ui: dicunt grammatici cōmuniter volitum: aut caret supino. ¶ Consulere est consilium dare vł consiliū querere pro primo regit datiuū: sed pro scđo regit actm̄. vn̄'. Consulo te querens: tibi consulo consiliū do. Itē consultor oris dicit̄ ille qui petit habere consiliū. Sed consultus dicit̄ ille qui scit alijs dare consiliū: vn̄. Cōsultor poscit qđ consultus bene noscit. Item consultor rogitat: consultus consiliū dat. (Ni geminet̄ l ⁊c.) ¶ Vello velli vulsi vulsum id est eradicare. Auellere. i. remouere vel auferre. Auellere. i. ad se vellere. Itē alia cōposita patent in libro compositorū. vn̄. Eradicare vel cape ꝑcare. Tu dicas vello notat auello remouere. Auellens ad se dic valde vellere fertur. ¶ Cello ceculi vel cellui culsum vel celsum. i. superare: sed nō est in vsu. Ī excelsus a um. i. altus. Excellere. i. excedere ⁊ superare. Procellere. i. percutere proprie ad animū. Itē procella id est eleuatio aque ex percussiōe ventorū. Ī ꝓcellosus a um. i. tempestuosus. Item inuenit̄ cello es ere scđe ꝯiugatōis cellui celsum ꝓ eodem sicut cello. vn̄. Celluit ac ceculit culsum celsum dato cello. Celleo celluit ⁊ celsum cōiunge secunde. ¶ Fallo fefelli falsum est decipere: betrigen(zdradzacz) vn̄'. Qui fallit mille: de solo fallit̄ ille. Refallere. i. iterū fallere caret supino. hoc geminat ꝑncipiū pti. Itē fallere capit̄ pro falsificare ꝓ relinquere ⁊ plu dere. vn̄'. Fallo falsidico. designat fallo relinquo. Fallo ꝓ ludo sepius accipit̄. ¶ Pello pepuli pulsum. i. fugere. ¶ Itē pello cū oīb' suis cōpositis est actiuū. Item a pello dr̄ pelta. i. scutū. vn̄. A pello pelta quia pellit fortiter ictus. ¶ Tollere est equocū: ꝑmo ꝑt nutrire: scđo ꝑt remouere: tertio ꝑt portare vel sustinere: q̄rto ꝑt erigere siue eleuare: q̄nto ꝑcat accipere: sexto ꝑt afferre. vn̄'. Tollit alit remouet gerit erigit accipit affert. Itē tollo caret supino sed accipit alienū ⁊ accomodatū supinū scz sublatū. ¶ Psallere cū p. i. iubilare vel cantare. singen(spiewacz) ¶ Sallere sine p tertie ꝯiugatiōis ⁊ sallire q̄rte ꝯiugatiōis ꝑcant respergere cū sale: saltzen(solicz) itē salire: springen(skakacz) vn̄. Sallio sallo cibū: saliopede cantica psallo. Sallo facit salli: saliui sallio psallo. Dat psalli salio salui salijꝙ saliui. Sallio sallitum: dat salsum sallo supinum. Dat saltū salio priuat̄ psallo supino. Itē q̄dā dicūt ꝙ repit̄ salio is ere salsi salsum synonimū cū sallo ⁊ sallio. vn̄. Pes salit: os psallit: sale sallio vel sale sallo.

Cōsulere
Vellere.
Cellere.
Fallere
Pellere.
Tollere.
Psallere
Sallere.

verbum in mo / hoc verbū / hoc verbū / verba
Mo dat ui dat itū. ꝑmo ꝑt ⁊ emo ꝫ illa
demas / verbis / sillaba
Excipias. q̄bus est ꝓ se penultima lōga.
pro quia / prebent
Nam ꝑsi ptō. tūc reddūt ptūqz supino

De ptīs vnā regulā ⁊ supis Excipit. declarat.

Capitulum quintum.

duplicat hoc verbũ hoc verbũ in ptõ. in supino

Geminat ssi ssũ prio dãs, emo mi dat z emptũ

¶ Dicit ꝙ verba teriata in mo faciũt ptm̃ in ui: ꝛ supinũ in itũ vt vomo vomui vomitũ: fremo fremui fremitũ Preter hec verba scilicet premo ꝛ emo q̃ statim patebũt. Sed illa verba excipias in q̃bus penultima est ꝑ se longa: nã tũc hñt psi in ptõ ꝛ ptũ in supino. vt como compsi comptũ: sumo sumpsi sumptũ: demo dempsi demptũ ꝛc̃. Et dicit vlterius ꝙ hoc verbũ premo geminat ss in ptõ ꝛ supino. vt pressi pressum. Sed emo hꝫ emi in ptõ ꝛ emptũ in supino.

Vomere ¶ Vomere est a se, pijcere vel sumptũ ꝑ os emittere. Item vomis nomen ꝛ vomis verbũ dñt in q̃titate ꝛ ꝑcatione vtꝫ. patuit. vñ᷒. Glebam siue vomis ideo nomen tibi vomis Itẽ vomer. i. summitas vomeris. Euomere est extra vomere vel ejicere: ꝛ corripit semꝑ vo. vñ᷒. Euomit in terram belua iussa ionam.

Tremere ¶ Tremere est pauere siue timere. Contremere i. sil' tremere. Vñ sunt inchoatiua. s. tremisco contremisco intremisco ꝛ extremisco.

Gemere ¶ Gemere id est suspirare siue dolere: vt in aurora. Suspirando gemat: ꝛ cor ad alta leuet.

Fremere ¶ Fremere id est murmurare tumultuare seu furire. Vñ fremor oris id est sonus furientis vel tumultuantis hois. Et fremitus us ui id est sonitus ferientiũ ferrarum. vñ᷒. Cum fremit esse fretum mare dicas cũ sit amarum.

Comere. ¶ Comere: kemmen (czosacz sie) id est crines ornare cũ pectine. Sed comare ꝑcat comã facere: flechten (plesc). Coma cõiter capit' ꝓ collectione criniũ mulierũ sicut cesaries ꝓ crinibus virorũ: ponit tñ Grecista aliã dñam. vñ. Est coma q̃drupedis: colubri iuba siue leonis. Cesaries hois: crines ꝓprie mulieris. Huius ꝛ illius hñ dicit' esse capillus. Itẽ ista dña nõ sꝑ seruat' sed vnũ sepe ponit' ꝓ reliquo. Comare est prima breuis et ꝑcat splendere siue frondere vel comam facere. Et comere est prima longa et ꝑt ornare pectinare vel planare. vñ Grec. Como dũ crines orno. como splendeo dicas. Curtat prima como, ꝓducit tertia como. Item hic ꝛ hec comis nomen et como verbũ primam producunt: sed coma eam corripit. vñ᷒. Come colore comis: me fallit femina comis. Hoc est come id est orna vel pectina capillos: colore id est splendore: femĩa comis. i. hilaris seu benigna: fallit me. i. decipit: comis crinibus.

Promere. ¶ Promere: bereiten ader offenbaren. (wyslouicz) Vñ promptus a um. i. paratus. Depromere est decantare vel valde promere. Exp romere. i. extra seu valde ꝓmere. Al promo dꝫ promulgo as are. i. publicare.

Sumere. ¶ Sumere. i. accipere: et scribit' per simplex m. Sed summare id est summam facere: scribitur per duplex m. vñ. M summare duplex sibi vult: sed sumere simplex. Consumere. i. deuastare dilapidare dissipare: sed consumare est finire perficere seu in bono expendere. vñ. Consumare volo mea: sed consumere nolo.

Demere ¶ Demere dempsi demptum. i. excipere minuere ꝛ auferre. Inde demens participiũ. i. auferens. Item demens nomẽ. i. furiens quasi de mente ꝛ sine mente. vñ. Ne fiam demens: deus a me sis mala demens: inde redimo redempsi redemptũ est iterum. i. demere ꝛ excipere.

Premere. ¶ Premere est fringere seu flectere: inde prelum ꝛ prelorium. i. torcular vel aliud instrumentũ quo premit'. Et prelũ dicit' lignũ longũ in prelorio seu in torculari: ꝛ corripit' hec sillaba pre. vñ. Magno cadũt inflata crepitu: tumefacta premunt'.

Emere ¶ Emere est appreciari comparari vel mercari. Sed emio is ire ꝑcat polire seu ornare. vñ. Est emio polio sic quoq₃ mercor emo. Itẽ dic emi imꝑatiui modi ab emio. ꝛ emi pti perfecti tꝑis ab emo. vñ᷒. Hec bona veste emi: quã pro solidis tribus emi. Item redimere id est iterum emere re vel liberare. Et corripit i añ m in istis. Sed redimo qñ est compositũ a demo tunc producit i quia demo producit de. vñ. Dant emio redimit et emo sed demo redimit. Item

emo habet plura composita scʒ adimere coimere dirimere interimere perimere et redimere. vnde ṽsus. Excipit ex: affert ap. requoqꝫ liberat inter. Perqꝫ necat pariter emo con di separat atqꝫ.

verbũ in no — in ptõ. — p̃cedit — ꝯposita

No dat ui g vel o si p̃sit. ⁊ a cano nata

De ptis ponit duas reglas Prima.

¶ Dicit ꝙ verba in no desinentia habentia g vel o ante no. ⁊ composita a cano faciunt ui in ptõ. vt gigno genui: precino precinui.

in ptõ — hoc verbũ — alia ṽba in no

Ante no psi facit m, cecini cano cetera vi dant.

scđa regla

¶ Dicit ꝙ verba hñtia m añ no faciũt ptm̃ in psi: vt temno tempsi. Et hoc verbũ cano hʒ cecini. Sed cetera verba in no hñt vi: vt sterno straui.

hoc verbũ — in ptõ — in supino

Dat lino lini liui leuiqꝫ litum dat.

doctrina.

¶ Dicit ꝙ lino habet lini liui vl' leui in ptõ. et litum in supino. sed in compositis est magis in vsu: vt oblino sublino.

in ptõ — in supino — cõpositis — in supino

No p ui dat itũ. nisi natis a cano. nã tũ.

De supis tres reg.

.s. in ꝯpositꝭ a cano — in supino — ĩ supino

N p̃cedit ĩ his. psi ptũ facit. viqꝫ facit tũ

¶ Dicit ꝙ ṽba in no facientia ui in ptõ faciũt itũ in supino. vt gigno genui genitũ: pono posui positũ. Jñ excipiunt cõposita a cano q̄ faciũt ptm̃ in ui: ⁊ tñ nõ hñt supinũ ĩ itũ ꝫ in tũ n p̃cedente: vt succino succinui succentũ. p̃cino p̃cinui precentũ. Et cano etiã hʒ tũ n precedente: vt cantũ. Et illa q̄ hñt psi in ptõ hñt ptũ in supino. vt contemno ꝯtempsi ꝯtemptũ. Et illa q̄ hñt vi in ptõ. hñt tũ in supio vt sterno straui stratũ: sperno spreui spretũ. ¶ Gignere est parere siue generare: q̄dã tñ faciũt dr̃am. vñ. Vir generat: mulierqꝫ parit: sed gignit vterqꝫ. vl'. Femĩa sola parit: gñat vir: gignit vterqꝫ. Jtẽ gigno componit: vt progigno. i. procul seu añ gigno. inde progenies. i. propago. ¶ Ponere. i. statuere locare seu plantare. Jtẽ ponit p̃positio. i. iuxta: sed pone verbũ. i. loca. Mensale pone: potus ⁊ fercula pone. Jtẽ pono hʒ diuersa cõposita: ⁊ hʒ positũ in supino vel postũ p sincopã. ¶ Canere est equocũ. Primo ꝑt describere metrice vel rithmatice. vñ Catho. Nã miranda canũt: sed nõ credenda poete. Scđo ꝑt cantare: siue modulari. vñ. Fistula dulce canit volucrem dũ decipit auceps. Tertio ꝑcat ludere: vt ibi. A solis ortus cardine ⁊c̃. Quarto ꝑcat patefacere siue dicere. vt Cũ datis elemosinas nolite in tuba canere. Ultimo ꝑcat prophetisare. i. vaticinari. vt ysaias cecinit. i. pphetisauit. vñ Jo. de Garlã. Describit cantat ludit patet ⁊ prophetisat. Vel. Ludo describo modulor diuinoqꝫ dico. Concinere. i. simul cantare. Precinere id est ante cantare. Jtem cano pro laudare ⁊ describere est actiuũ: sed pro alijs ꝑcatis est neutrũ. s. pro dicere ⁊ prophetisare. vñ⁊. Est neutrale cano dico diuinoqꝫ psallo. Actiuũqꝫ fit pro describeqꝫ laudo. Jtẽ differunt cano is: ⁊ cano es: quod idem est ꝙ glorificare. vñ⁊. Histrio vult canere: senior canere videtur. Jtem. Dum barbis canes verbula pauca canes. Multa iocosa cano tibi carmina de cane cano. hoc est canto tibi multa iocosa carmina de grifeo cane. Jtem canus a um id est senex qui canescit in crinibus

Signo

Pono

Canp.

Temno vñ. Carmĩa naſo canis: annoſa tp̃a canis. ¶ Tẽnere ẽ viliꝑẽdere. verſchmeben. Cõtemnere. i. ſiml'temnere. Itẽ temno cũ ſuis compoſitis ẽ actiuũ ꝛ hꝫ m añ no in pñti: ꝛ in tp̃ibus formatis a ptõ hꝫ p añ ſi: vt contẽpſi: ꝛ in ſupino hꝫ ꝯtemptũ

Sperno ¶ Sperno ſpreui ſpretũ. i. contempnere: inde aſpernere ꝛ aſpernor aris depo nentale pᷓme cõiugationis ꝑ eodẽ. ſ. ꝑ deteſtari. Conſpernere. i. ſiml'ſpernere. Vñ conſpretus a ũ. i. refutatus ſiue contemptus. Inde incõſpretus a um. i. lau

Sterno. datus ꝛ ꝓbatus q̃ſi nõ cõſpretus. ¶ Sterno ſtraui ſtratũ. pᷓmo ſ꞉cat pacificare ꝛ ſic dicimus ꝙ mare poſt tẽpeſtatem ſternit. i. pacificat. Scõo ſ꞉cat ornare vel ꝑparare: ꝛ ſic lectus ſternit. i. lectus ꝑparat. Tertio ſ꞉t ſellare. i. ſellã ponere ſu per equũ. Quarto ſ꞉cat ꝑcipitare ꝛ ſuppeditare hoſtẽ. vñ Theodolus. Sternit mille viros: deuaſtat vulpibus agros. Vel ſternit equiuoce mare lectus aſellus ꝛ hoſtis.

Cerno. ¶ Cernere. i. videre ꝛ hꝫ creui in ptõ vel capit ptm̃ accomodatũ. ſ. vi di. Sꝫ cõpoſita eius tenent creui cretũ vt patebit poſtea.

Lino. ¶ Lino itũ. ſchmi ren ader leimen: ſicut paries cũ luto ſeu calce linit. Item lino hꝫ triplex ptm̃. ſ. lini liui ſeu leui. vñ. Dat tria ptã lini liui liuo. Itẽ lino hꝫ lini in ptõ: ſed ad dĩã huius nõis linũ lini relinq̃mus hoc ptm̃. Etiã hꝫ liui in ptõ ſed ad dĩam ꝓprij no minis liuius (qd hꝫ liui in ptõ) relinq̃mus hoc ptm̃. Etiã liueo es ere hꝫ liui lini ptõ ergo dimittimus hoc ptm̃: ꝛ tenemus tm̃modo hoc ptm̃ leui. qd ẽ accomoda tũ a verbo inuſitato leo: ſed eius cõpoſita mãſerunt in vſu: vt ptꝫ ẽ. Vñ oblino. beſchmiren ader beflecken. Item linũ lini. flachs ex cuius ſemine cõprimit oleũ. Vñ dĩnt lini infinitiuus: ꝛ liui gti caſus. vñ. Poſſunt mĩta lini calido de ſemine lini. Itẽ dĩnt linire ꝛ linere ſ꞉m quoſdã tñ vnũ ſepe ponit ꝓ reliquo ꝛ econtra vt ẽ dictũ ẽ.

Concino. ¶ Cõcino cõcinnui cõcentũ. i. ſil' ꝛ concorditer cãtare. Precino ꝑcini precentam ſignificat valde ſeu ante cantare. Occino occinui vel occano. i. con tra ſeu vndiq; canere.

Po De ptis duas reg.

in ptõ — in ſupino — vt rũpo rupi.

Po dat ui dat itũ. breuis e ſi ꝑueit in pi

in ſupino. — . ſ. m — cetera verba in po.

Ptũq; reõta facit. pſi ceta ptũq; dare

¶ Dicit ꝙ verba terĩata in po hñtia e breuẽ añ po faciũt ſuũ ptm̃ in ui: ꝛ ſupinũ in itũ: vt ſtrepo ſtrepui ſtrepitũ: crepo ui itũ: Sed ſi lr̃a m ꝑuenit añ po tũc faci unt pi in ptõ ꝛ ptũ in ſupino: vt rumpo rupi ruptũ. Et oĩa alia verba in po hñt pſi in ptõ ꝛ ptũ in ſupino: vt carpo carpſi carptũ: repo repſi reptũ ꝛc.

Crepo ¶ Crepo. berſten. Itẽ dicit crepere ſeu crepare indĩnter vtẽ.

Strepo. ¶ Strepo ẽ ſonũ facere ꝛ ꝑcipue cũ pedibus. Vñ ſtrepitus us ui talis ſonus cũ pedibus factus.

Rumpo. ¶ Rum po rupi ruptũ. i. frango. Inde rupes. i. ruina vel pars rupta in mõte.

Carpo ¶ Car po pſi ptũ eſt equiuocũ: vñ. Carpit diminuit capit aufert ꝛ reprehendit. Decer pere eſt de alijs capere. i. eligere. Diſcerpere eſt diuerſis modis carpe ſcindere ſeu laniare. Excerpe. i. extra capere eligere ꝛ extrahere.

Serpo. ¶ Serpere. i. laterẽter ire. ſ. ſine pedibus ſuꝑ ventrẽ. kriechen. Inde dicitur ſerpens. ſerpent' q̃a ſerpit.

Repo. ¶ Repere. i. ſerpere. Vñ repitilis a um adiectiuũ: ꝛ piſcis dicit reptilis. i. ẽ ap tus ad rependũ: ꝛ animal dicit reptile. Itẽ repere ꝓprie cõuenit aĩalibus gradi entibus q̃ttuor paruis pedibus: ſꝫ ſerpere cõuenit aĩalibus gradiẽtibus ſine pe dibus in ventre

Clepo. ¶ Clepere. i. furari ſeu occultare. vñ9. Antiqui nã gaſam me cleps clepat obſtrue latro. Item cleps idem ẽ ꝙ fur. Item clatrus repugnacu lũ qd opponit oſtio: ꝑcipue vinearũ ꝛ hortorũ. Antica eſt anterior ianua. Poſti ca eſt poſterior ianua. Medica eſt media.

in ptõ in ptõ in supino verborum.
Dat liq liq. coquo coxi. ctũ dat vtrunq;

❡ Dicit ꝙ linquo h3 liqui in ptõ ꝛ lictũ in supino: ꝛ coquo coxi ꝛ coctũ in supino: ꝛ hoc ꝑmarte. ❡ Linquere. i. dimittere vel peccare. Item supino a linquo raro vtimur ꝓpter lingo: qd etiam habet lictũ in supino. Delinquere id est peccare. Inde delictum ti. i. peccatũ differũt tñ. vñ⁹. Sit delictum si non facias facienda. Sit tibi peccatũ facies si non facienda. Item. Si quis delinquit vt paulus apostolus inqt. Qui cõsentit ei fit reus ipse rei. Relinquere. i. iterũ linq̃re vorlaszen. Derelinquere id est deorsum vel valde linquere. Dereliquere est aliqñ actiuũ ꝛ aliqñ neutrale. vñ. Cũ transitiuũ fuerit derelinquo relinquo. Sed si neutrale tunc pecco ꝑcabit. ❡ Coquere id est cibaria ad ignem preparare: īn coquus. (kucharz) ꝛ coquulus diminutiuũ. (kuchczik). Iñ coq̃na ē loc⁹ vbi cibaria coquunt. (kuchnia). Itē dr̃nt coquã verbũ ꝛ coq̃ nom̃ acti casus. vñ⁹. Fercula mlta coquã que nõ comedi volo coquã. Itē ꝯposita a coquo. s. decoquo excoquo ꝛc̃. patent in compositis verborum.

Linquo. Coquo

in ptõ in supino ro ro ro ro ro
Ro vi tumq; facit ge cur excipienda ver u que,
vt gessi gestũ sicut hoc verbũ in ptõ.
Dat ssi stũb3 gero velꝫ vro curro cucurri
in supino verri seu versi
Cursum ri vel si verro versumq; supino

Deptis. vnã reglã. Declarat

❡ Dicit ꝙ v̾ba teriata in ro faciũt ptm̃ in vi: ꝛ supinũ in itũ: vt tero triui tritũ. Iñ excipiunt v̾ba ꝑ has sillabas subintellecta: vt gero curro verro vro ꝛ q̃ro. quia gero h3 gessi in ptõ ꝛ gestũ in supino: vt vro vssi vstũ: curro cucurri cursum: verro verri seu versi versum. ❡ Tero triui itum est cõminuere vel frangere. tzureiben. Deterere. i. peiorare. ❡ Furere. i. insanire caret ptõ ꝛ supio. Inuenitñ furiui. vt ifra dicet. iñ furor oris nomē substãtiuũ. wuttunge. S3 furor aris. stelen. (gniew). vñ. Est in corde furor sociorum fercula furor: ❡ Gero. i. facio. seu porto. vñ⁹. Designat facio gero designat quoq; porto. Aggero. i. apporto. iñ agger eris. eyn teich. Congero. i. simul cõgrego. Digero. i. explico ordino seu ordinatī diuido. s. cibũ ī stomacho pur ab impuro. Egero. i. extra gero. ꝛ ꝓprie impurũ ꝛ grossum ꝑ secessum emittẽdo. Ingero. i. immitto. vnde. Qui bene digerit ingerit egerit est bene sanus. Itē egestũ vado. non digesto hñ dico. Regero. i. reporto vel gestũ destruo. Suggero. i. subministro: dico seu suadeo. vñ. Intimat ad mentē: sed suggero spectat ad aurē. ❡ Urere. i. incēdere verbornen. (zaswieczicz) Cõburere. i. silr̃ vrere: ꝛ capit sepe simplr̃ ꝓ vrere. Itē vro ꝛ eius cõposita sunt adiectiua ꝛ hñt vssi in ptõ ꝛ vstum in supino: ꝛ ꝓducunt u añ ro. vñ Horatius. Nõ furtũ feci nec fui si mihi dicat. Seruus h3 p̃ciũ laboris non vreris ayo. ❡ Currere ē saltanter seu velociter ambulare: īn accurro id est ad aliũ curro: ꝛ p̃cipue cã auxilij. Cõcuro id est silr̃ curro. Occurro. i. obuio Percurro id ē ꝑfecte ad finē curro. Precurro. i. ꝓcul vl' añ curro. Recurro. i. iterũ curro vel redio. Succurro. i. subtus seu parũ curro vel subuenio. Trãscurro id est velociter transeo. Itē Priscianus dicit ꝙ cõposita a curro inueniunt vtroq; modo ꝓlata in ptõ: vt decurri seu decucurri. Et hoc patet ꝙ cõposita a curro qñ inueniunt in biblia vel in dictis sanctorũ patrũ geminare preteritũ nõ

Tero. Furo. Gero. Uro. Curro.

est corrigendū. Tū ɓm modernos solū geminat curro ⁊ precurro principiū pri alia aūt non. ¶ Uerro.i.mundo sulco siue scopo deleo ⁊ furor. vnde versus. [...] verro verris ad quattuor equocabis. Est verro mūdo sulco vel deleo furor. [...] dicit verres nomen vt patuit supra. Item verro ɓcat sulcare vel scopere cū pe dibus sicut galli: vt patet supra de torreo

Uerro.

hoc verbum in ptō tribue.

Quero quesiui quesitum redde supino.

Point doctrinas pa.

¶ Dicit ꝙ quero hꝫ quesiui in ptō ⁊ quesitū in supino. ¶ Quero id est pscru tor vel inuestigo peto siue interrogo. suchen ader fragen. (shukam). Itē [...] deponentale actiue ɓcatiōis ɓcat. clagen. vñ. Querit ignotū querit q pdit ami cum. Item absit ab vllo queri que constat turpia queri.

Quero.

ab illo verbo in ptō in supino dederunt.

A sero cōposita serui sertumqꝫ dedere.

Scda doctrina.

hoc verbum facit hoc verbum in ptō in supino.

Insero sic forat. ⁊ consero uiqꝫ situ dat.

hoc verbū faciet ɓcatum geminabit.

Sic fero forabit. pꝰ ⁊ sensuꝫ duplicabit.

¶ Dicit ꝙ cōposita a sero faciunt serui in ptō ⁊ sertum in supino: vt insero inse rui insertū. ꝯsero cōserui cōsertū. Silr hñt vi in ptō ⁊ itū in supino: vt insero in seui insitum. cōsero cōseui consitū. Et cā huius est: qa corū simplex.s. sero pri duplicauit preteritum ⁊ supinum ⁊ ɓcatū: vt sero serui sertum: ⁊ sero seui satū.

¶ Serere.i. seminare vel plantare: Et qñ hꝫ seui in ptō ⁊ satum in supino tunc ɓcat seminare. Sed qñ hꝫ serui in ptō ⁊ sertū in supino: tunc ɓcat arbores ⁊ her bas plātare. vñ. Arbores est serui: sed ptinet ad sata seui. Sed ista dr̄a non sem per seruat. vt ptꝫ in compositis eius. Itē cōposita a sero non retinentia ɓcatum sui simplicis non habēt seui in ptō: sed solum serui ⁊ sertum in supino: vt dissero disserui dissertum. desero: deserui: desertum. ¶ Assero aseui asitū id est plan tare. Assero asserui assertū id est liberare manumittere affirmare vel adiungere. Inde asser nomen. eyn breth. (deska) qa cū clauo adiūgit alteri. Cōsero cōser ui consitū id est simul seminare. Cōsero cōserui cōsertum id est cōmiscere vel cō te xere: Circunsero circūseui circunsitū.i. circunplantare. Circūsero circumse rui circumsertum.i. vndiqꝫ cōiungere. Desero deserui desertū id est derelinquere. Item dicitur desertū ti. id est solitudo vel locus derelictus vbi nemo habitat. Dissero disserui dissertum id est sapienter loqui: inde dr̄ edissero edisserui edisser tum.i. valde discere apire ⁊ exponere. Exsero exserui exsertū id est emittere de nudare ⁊ mājfestare. Insero inserui insertū id est immiscere inmittere ⁊ ppric violenter: Insero inseui in situm.i. ramum vnius arboris immittere trunco alte rius: Intersero interserui intersertū id est intermiscere ⁊ interponē. Intersero interseui intersitum.i. interplanare ⁊ interseminare.

Sero.

Assero.

¶ Arguit: sero cū suis ꝯpositis hꝫ aui in ptō ⁊ atum in supino g̃ textus ē falsus. ¶ Probat. qa dicit sero serui seratū: ⁊ obsero obserui obseratū. Dōm ꝙ se ro as are ē pme cōiugatiōis: ⁊ hoc hꝫ aui in ptō: sed sero is ire est tertie cōiuga tionis: de quo intelligitur iste textus.

¶ Cōtra. Alexan. est istructor iuuenū: g̃ posuisset dr̄am inter sero is: ⁊ sero as. Dōm ꝙ quamuis non ponit hic dr̄am: ponit tñ postea reglas pꝫ quas possumus

cognoscere dr̄am inter ꝟba ꝑme cōiugationis ⁊ aliarū cōiugationū. ibi ꝗ prior vꝫ sequens: ⁊ hoc sufficit.

¶ Serare. i. claudere. inde sera idest clausura. vñ. Si sero dico seras: tūc limen ad ostia claudo. Si sero dico seris: tunc terre semina mando.

in ptō in supino excipe hoc ꝟbū

So siui situm facit. sed deme capesso.

So.

i. capesso hoc verbū hoc verbū

Qd̄ si sumqꝫ facit. sic viso sicqꝫ facesso.

Ponit vnā regulam.

¶ Dicit ꝙ verba terminata in so habent siui in ptō ⁊ sitū in supino: vt arcesso arcessiui arcessitū: lacesso lacessiui lacessitū: Sed excipiemus hec verba scꝫ capesso viso ⁊ facesso. que habent si in ptō ⁊ sum in supino: vt capesso capessi capessum: viso visi visum ⁊c̄. ¶ Arcessere est verbū desideratiuum descendens vno modo ab arceo: ⁊ tunc significat cum desiderio arcere. Alio modo descendit ab actio is. ⁊ tunc ſcat cum desiderio appellare vel vocare: ⁊ mutat̄ tunc s in r quia diceret̄ accessio: sed causa drē dr̄ accersio qꝛ ab accedo dicit̄ etiam accesso. Reperit̄ ergo arcesso ab arceo: ⁊ accerso ab actio: ⁊ accesso ab accedo. ⁊ accersio is ire quarte cōiugatiōis. ¶ Lacesso est desideratiuū descendēs a verbo lacero quia lacessere ſt cum desiderio lacerare vel ꝓuocare vel irritare. vñ Uirgilius. Et faciam posthac ne quemꝙ̄ voce lacessas. ¶ Capesso est desideratiuū a capio: qꝛ ſcat cum desiderio capere. Inuenit̄ etiam capiscere capisco: sed tunc est inchoatiuū a capio: quia idem est quod incipere capere. ¶ Uiso est desideratiuum a video: quia ſcat freq̄nter videre. Inuenitur etiā viso as are: sed est frequentatiuū a video: qꝛ ſcat frequēter videre. vnde. Uiso desiderat ter primeqꝫ frequētat. Inuisere. i. intus visere etiā ſcat visitare. Reuisere id est iterum visere. ¶ Facesso idest cū desiderio facio: etiā ſcat cessare vel recedere. Et dr̄ facesso quasi facere cesso. vñ. Est cupio facio vel cesso recedo facesso.

Arcesso. Lacesso. Capesso. Uiso. Facesso.

¶ Nota ꝙ inueniunt̄ quedā verba in so que non formant ꝑterita scd̄m istas regulas: vt censo is ere censui censitū idest cēseo vl' numero. inde recēso. i. recēseo Concenso. i. simul censo· vñ Heinricus de Colonia. Concenso numerare notat sic censo recenso: formant ꝑterita ꝑ ui: ꝑ itūqꝫ supina. vñ Jo. de Gar. Censitus a censo tertia semꝑ habet. ¶ Nota ꝟsus circa textū ꝑdictum. In siui muta so: viso capesso facesso. Et casmatiso cesso iusso tibi dant si. Gymnologiso tibi format gymnologisi. De queso quesi censo suiqꝫ situm dat.

Nota. Nota bū.

¶ Casmatiso est verbū exempte actiōis cōueniens soli deo ſm Hug. qñ. s. deus facit terrā hyare ⁊ aerem fulminare. ¶ Ceso nō est in vsu: iñ accesso is ere. i. accedere. Cōcessere. i. cōcedere. Discessere id est discedere siue recedere incesse re id est persequi vel ꝓuocare verbis. ¶ Iusso is ere iussi iussum id est iubere. ¶ Item queso is ere quesi quesitum. i. cum desiderio querere quondā cōiugabat̄ integre ⁊ regulariter: sed modo raro vtimur nisi solū in duabꝯ vocibꝯ ꝑñtis indicatiui: dicēdo q̄so ⁊ quesumus: ⁊ capit̄ ꝓ rogare: ⁊ est defectiuū siue anormalum. ¶ Item a gymnos qd̄ est nudus ⁊ logos qd̄ est sermo dicit̄ gymnologiso is ere. i. nude ⁊ manifeste loqui: sicut sermocionantes.

casmatiso Ceso

hoc verbum ꝑfectū faciendo in supio.

Pinsoqꝫ ptm̄ ꝑ ui formando dat istū.

Pinso.

¶ Dicit ꝙ verbum pinso habet pinsui in preterito pistum in supino.

¶ Itē pinso, backen: ⁊ secundum antiquos reperitur habere pinsum in supino.

Pistor, eyn becker. (piekarz) ꝛ pistrix talis femina, itē pistrio is ere etiā capit̄ ꝓ pinsere ꝛ panē facere: siue pastam parare. itē pasta, teyk. (cziasto) ē materia ex aq̄ ꝛ farina commixta. Pistrio onis dr̄ etiā panē faciēs. Pistrinū pistrij ē locus vbi pinsitur siue pistritur panis, s. furnus domus vel molendinum.

De ptis ꝛ supis simul.

precedens in ptō in supino

Ante to c veniēs in xi cto mutat ꝛ in xū

¶ Dicit ꝙ v̄bū terminatū in to c p̄cedente: mutat cto in xi in ptō: ꝛ xi in xum in supino: vt flecto flexi flexū: plecto plexi plexū. ¶ Itē q̈ttuoꝛ sunt v̄ba h̄ntia c ante to, s. flecto plecto necto ꝛ pecto. ¶ Flecto is ere. i. curuare. bigen. vel cessare vel mutare. ¶ Plecto is ere. i. punire flectere vel aliq̄d ex virgis cōponere. vn̄. Qui punit plectit flectit pariter quoq̧ nectit: inō amplectoꝛ eris v̄bū cōe. ꝛ s̄cat circunquaq̧ brachia cingere vel circumcingi vtrisq̧ brachijs Cōplectoꝛ eris verbū deponentale ꝛ est sil' vtrisq̧ brachijs cingere. Et inuenitur amplectoꝛ aris: ꝛ complectoꝛ aris frequentatiua prime coniugationis pro eodem.

Flecto. Plecto.

in ptō hoc verbū simul hoc verbum.

Excipit.

Dat xui pecto pariter xi dat q̧z necto.

Nectere.

¶ Dicit ꝙ ista duo v̄ba. s. pecto ꝛ necto habēt xui in ptō vel xi: vt pecto pexui vel pexi: necto nexui vel nexi. ¶ Nectere id est nodare. knoppen: vl' ligare inserere vel adiūgere. Annectere. i. ad aliud nectere. Cōnectere. i. simul nectere. ¶ Pectere. i. crines oꝛnare. kemmen. (czosacz sie:)

Doctrina.

s. v̄to ꝛ sterto seruant sine supino.

Añ to verba duo retinēt r absq̧z supino

dat in ptō hoc verbū hoc verbum.

Prebet ui sterto. ti forat sum q̧z verto.

Sterto. Verto.

¶ Dicit ꝙ duo sunt v̄ba in to desinētia h̄ntia r añ to: vt sterto v̄to: ꝛ sterto h̄z ui i ptō: vt stertui: ꝛ caret supīo: sed v̄to h̄z ti in ptō ꝛ sum in supino: vt v̄ti v̄sum ¶ Stertere. i. doꝛmiēdo cū naribus sonare. schnarchen. vnde. Dū stertit cattus nunq̄ sibi currit in os mus. Item sterto sepe ponit̄ pro doꝛmire. ¶ Vertere: vmbwenden ader vmbkeren. vn̄. Vertit ꝓpositū mulier cū vertero doꝛsum: itē aucā qui vertit collū de fure tenebit: ¶ Itē ista tria verba. s. v̄to vergo ꝛ v̄ro h̄nt v̄sum in supino. vn̄. Verto facit v̄sum: v̄ro v̄go q̧ supino.

Secunda docrina.

verba breuiant hoc verbū in ptō in supino.

E duo coꝛripiūt. q̄ꝝ peto vi facit ꝛ tū.

Tertia doctrina.

duplicando in ptō facit hoc verbum post hoc in supino

S geminando ssui foꝛmat meto, deinde facit ssu

Peto. Meto.

¶ Dicit ꝙ sunt duo verba q̄ h̄nt e breuē ante to. s. peto ꝛ meto quoꝝ peto facit vi in ptō ꝛ tū in supino: vt petiui petitū. Sed meto h̄z ssui in ptō ꝛ ssum in supino geminando hāc lr̄am ss. vt messui messum ¶ Petere. i. querere vl' postulare. begeren ader bitten. et h̄z petiui in ptō vel petij ꝑ sincopam. itē peto h̄z diuersa cōposita que oīa patent in libꝛo cōpositoꝝ. ¶ Meto messui messum s̄t segetes secare vel colligere. Metioꝛ iris verbū deponentale s̄t mensurare q̄libet rem indifferenter: vn̄. Dum messis metit̄: cultoꝛ metit̄ agellū. item messis ptz ē. ꝛ capit̄ sepe ꝑ p̄mio eterno: vn̄. Quod sibi quisq̧ serit p̄ntis tp̄e vite, Hoc sibi

messis erit dum dicit̄ ite venite: Itē: Nō ferimus metuimus: qd' da[…]us accipimus: Metor aris. i. mēsurare ꝛ ꝓprie terrā ad ponendū castra siue tentoria. vñ. Dic putor esse metior: tentoria ponere metor. Meta dicit̄ terminus agri vel vie. vnde differentia. Dum tua rura metis vicinis parcito metis.

facit in ptō in supino hoc ꝟbū duplicando.

Dat si sumqꝫ mitto, tñ ss geminando supino,

Quarta doctrina.

¶ Dicit ꝙ hoc verbū mitto hꝫ misi in ptō ꝛ missum in supino geminando ss.

¶ Mitto est equiuocū. Primo ſcat infundere: vt christus misit spm̄ sctm̄ i cor da fideliū. Scdō ſt dimittere. vt Catho. Arebana dei mitte. i. dimitte. Tertio ſt reponere: vt in passione dñi dicit̄. Petre mitte gladiū in locum suū. Quarto capit̄ ꝓ cadere siue iactare, vt in euangelio. Si filius dei es mitte te deorsum. Quinto capit̄ ꝓprie. s. ꝓdestinare de vno loco ad aliū. senden. vnde ꝟsus. Fundit dimittit: ponit ruit: ꝛ loca mutat.

Mitto.

hoc verbū in ptō .i. si transitiuū fuerit in supino.

Dat sisto statui si transeat atqꝫ statutum

Quinta doctrina

.i. si sit neutralis gñis in ptō .s. dat.

Sed si neutrale steti nullumue supinum

¶ Dicit ꝙ hoc verbū sisto si sit trāsitiuū facit statui in ptō ꝛ statutū in supino. Sed si sit neutrale tūc hꝫ steti in ptō ꝛ caret supino. ¶ Sistere capit̄ sepe ꝓ stare vl' manere: ꝛ sic accomodat sibi ptm̄ a sto qd' hꝫ steti ꝛ tunc est neutrale sic̄ sto. Alio modo capit̄ trāsitiue ꝓ pñtare vocare citare stabilire ꝛ sic ē trāsitiuū: ꝛ accomodat sibi ptm̄ ꝛ supinū a statuo ꝛ tūc hꝫ statui in ptō ꝛ statutū in supino.

Sisto.

talis lr̄a preceden. in ptō facit . iu supino.

Luo ꝓueniens de uo ui format ꝛ vtum

Vo.

¶ Dicit ꝙ ꝟba termiata in uo hñtia l añ vo mutant vo in ui in ptō: ꝛ vi in vtum in supino: vt soluo solui solutū: voluo volui volutū. ¶ Soluo ꝛ voluo patent ē. Etiā voluere ē girare. vmbtreyben (rusiacz) Itē voluo cū multꝭ ꝓpōnibus cō ponit̄: ꝛ oīa cōposita conueniunt in ſcato cū voluo per additionē ꝓpōnis.

Soluo Voluo

¶ Caluo is ere hꝫ calui in ptō ꝛ caret supino: ꝛ ſt decipere ꝛ hꝫ calui in infiniti uo ꝟbi passiui. Itē caluus a um. kael. (lysy). i. q̄ caret crinibus in frōte. vñ. Si non vis calui fugias consortia calui. Reꝑit̄ etiā caluare. i. caluū facere.

Caluo.

.s. ꝓducta añs talis lr̄a in ptō in supino

Longa qꝫ p̄cedens vocalis xi facit ꝛ ctū

¶ Dicit ꝙ qñ longa vocalis p̄cedet vo tunc facit ptm̄ in xi: ꝛ supinū in ctū: vt viuo vixi victū. ¶ Viuere. leben. (zyc) ꝛ ꝓducit vi. vñ. Viuo vixi vinco vici vincio vinxi. Adiuuo id est valde vel ad vtilitatem alterius viuo. Cōuiuo id est simul viuo. Reuiuo. i. iterum viuo vel resurgo. Iñ ꝟba inchoatiua vt viuisco: adiuuisco: cōuiuisco: reuiuisco. Item a viuo venit viuarium viuarij: ꝛ est locus vbi pisces viui reseruant̄ in aqua.

Viuo.

ꝟbū in xo in ptō in supio hoc ꝟbū hoc verbum in supino.

Xo dat ui xū nexo facit texo qꝫ textum.

De ptis ꝛ supis siml' Xo.

¶ Dicit ꝙ ꝟba in xo terminata faciunt ptm̄ in ui: vt nexo nexui: texo texui: et nexo hꝫ nexum in supino: ꝛ texo textū: Item tria sunt verba tertie ꝯiugatōis in

ro.s.nexo texo ꝛ faxo. ¶ Nexere: knupffen.i.nectere siue nodare ꝛ adiungere. Inde nexare frequentatiuū vt supra. Raro vtimur hoc verbo nexere: sed sepe nectere ꝛ nexare q̇a nexare freq̄ntatiuū ē a nexo. ¶ Texere. weben. ꝛ ponit sepe ꝑ coop̄ire ordinare vel ꝯstruere: Vn̄ textus us ui. ꝛ ē liber cōtinens tractatum doctoris sine glosa ꝛ sine expositione. Contexere id est simul texere.

Nexere. Texere.

¶ Item faxo est verbum defectiuum: ꝛ ſcat idem qꝺ facio vt postea patebit.

Faxo.

attende variatio .s.ꝯiugatiōis

POst p̄dicta vide q̄ sit for̄atio quarte

illas terminationes .s.q̄rta ꝯiugatio.

De q̄rta ꝯiugatōe

Vi vel ui vel ij si ri ni xi quoqꝫ psi dat.

Cio.

¶ In hac parte autor determinat de ptīs ꝛ supinis verborum q̄rte coniugationis. Et cōtinuando ꝺt ꝙ post illa q̄ dicta sunt vide q̄ sit formatio verboꝝ quarte coniugationis: quia vel hn̄t vi in p̄terito: vt audio audiui vel ui: vt apio aperui. vel ij: vt salio salij: vel si: vt sentio sensi: vel ri vt repi: vel ni: vt venio veni: vel xi. vt vincio vinxi: vel psi: vt cambio campsi.

verbū in cio talis lr̄a sine lr̄a n in ptō.

Dat cio xi q̇tiēs u p̄uenit hac sine dat si.

De ptīs poīt duas regulas.

¶ Dicit ꝙ ꝟba terminata in cio n p̄cedente faciunt xi in ptō. vt vincio vinxi. Et que non habent u ante cio faciunt si in ptō: vt fartio farsi: fulcio fulsi.

¶ Arguit: primo cōtra primā partē istius regule. Sencio terminat in cio ꝛ habet n ante cio ꝛ tn̄ nō hn̄t xi in ptō: sed si. Dōm: ꝙ hec regula intelligit de ꝟbis terminatis in cio ꝑ c ꝛ nō per t. sentio aūt terminat in tio ꝑ t qꝺ clare patet i alijs personis ꝛ temporibus: vt sentio sentis sentit ꝛc̄.

¶ Arguit. scꝺo ꝯtra scꝺam partē regl̄e. s. hac sine dat si. Amicio terminat i cio ꝑ c: ꝛ nō hꝫ n ante cio. ꝛ tn̄ non hꝫ si in ptō. Probatur: quia habet amicui in ptō. Dōm ꝙ regula intelligit de verbis in cio terminatis non habentibus n an̄ cio. sed aliam consonantem: vt fulcio farcio: licet non habeāt n ante cio: hn̄t tn̄ aliā cōsonantē. s. l vel r. sed amicio non habet aliquā consonantem an̄ cio sed vocalē.

¶ Itē om̄ia verba q̄rte cōiugationis terminant in io p̄ter duo. vn̄ꝰ. Semp io quarte retinet: sed eo queo dempta. ¶ Itē multa sunt verba terīnata in io: que non sunt quarte cōiugationis scꝫ capio facio cupio ꝛc̄. ¶ Vincire id ē ligare. binden. (związacz) Vn̄ vinclm vl' vinclū ꝑ sincopā. i. ligamen (zwiąska.) in̄ vinculo aris. i. vīcire vel vinculo ligare. dr̄nt vinco ꝛ vincio vꝰs. ¶ Fulcire .i. sustentare. vestmachen. (mocno dzialacz) Fulcio ꝛ fulgeo cōueniunt in ptō sed differt in supīo. vn̄. Fulgeo ſi fulsum: dic fulsi fulcio fultū: Itē fulcio hꝫ etiam fulciui in ptō ꝛ fulcitū in supino: vꝰs. vn̄ q̇dā. Fulcio si fultū citū dat fulgeo si sum. ¶ Farcire. i. saginare vel implere. (nadziewacz) inde farcimen ꝛ farcimentū. (iatrnicza albo nadzieuanie) ¶ Itē sarcire. i. sucre: inde sartor. i. factor vestimētoꝝ. dr̄nt sarcire ꝛ farcire. vn̄. Dū sartit sartor: farcit farcimina fartor.

Nota. Vincire. Fulcire. Farcire. Sarcire.

.i. cum compositis eoꝝ verba. excipi.

Nō sine cōpositis debēt dissillaba demi

Excipit a scꝺa regl̄a.

.s. dissillaba ptm̄ facit hoc verbum.

Hec faciūt in ui. sic format sanctio vl' xi.

Declarat

¶ Dicit ꝙ a p̄dicta regula excipiunt verba dissillaba cū suis cōpositis: quia hec

faciũt iui in ptõ vt scio sciui: nescio nesciui. Et hoc ꝟbũ sanctio format sic id est etiam facit iui in ptõ vel xi: vt sancio sanciui vel sanxi.

Scire.

¶ Scire. wissen ader verstehen. i. sapere scientiam habere vel cognoscere. Cõscire. i. simul scire ꝛ ꝓprie in malo. iñ cõscius. i. sciens se reũ cũ alio in peccato. vñ⁹. Conscius ipse sibi de se putat oĩa dici. Itẽ a scio dꝛ scius a um id est sciens Iñ inscius a um: q̃si nõ scius ꝛ nescius. ¶ Cio cis ciui citũ. i. vocare vtš. Cõscire. i. sibiipsi malũ facere.

Cio.
Nota.

¶ Notãdũ ꝙ triplicia sunt ꝟba in cio q̃rte cõiugationis quedã sꝑ scribunt ꝑ t. sed in pma ꝑsona pñtis nũeri ꝓferunt per c. vt glutio futio potio sitio singultio. Et quedã ꝑ c vbiqꝫ scribunt ꝛ ꝓferunt vt vincio. sarcio: farcio: fulcio: raucio: amicio: scio ꝛ cio. Et de istis vltimis ꝟbis que semꝑ scribunt per c intelligitur hec regula.

Sancio.

Sancio is ire sanxi sanctum vel sanciui sancitum id est statuere consecrare confirmare irrigare ꝛ ab omni iniuria defendere. Et nota ꝙ sancio secũdum antiquos reperitur habere sanciui vel sancij: et sancitũ. sed scdm moderuũ vsum hꝫ sanxi sctm̃. Et oĩa ꝓcata huius ꝟbi sanxio patent in hoc metro. Sancio confirmo statuo copulo quoqꝫ sacro.

Recuperat.

coniugationis illã terminationem attendite.
De ꝟbis quarte q̃ dant cio dicta notate

¶ Dicit ꝙ debemus notare illa que dicta sunt de verbis quarte cõiugatiõis in cio: quia sufficienter dictũ est de illis in regulis ꝓcedentibis.

Regula gñalis.

verba .s. ꝑfecti sonum fecerunt
Cetera preteriti vocem fecere per iui.

¶ Dicit ꝙ cetera ꝟba q̃rte cõiugationis faciũt ptm̃ ꝑfectũ ꝑ iui: vt audio audiui. seruio seruiui: poio poiui.

Poio.

¶ Poio poiui itũ. i. fringere vel facere. Iñ poetalis fictoꝛ vel factoꝛ: ꝛ ꝓprie caris. Iñ poetissa. i. vxoꝛ poete vel fictrix caris Iñ poetica. i. ars poete.

Nota.

¶ Itẽ tria sunt composita a fio que mutãt ptm̃: supinum ꝛ ꝓcatum sui simplicis: vt suffio defio ꝛ confio: Suffio iui itũ id est suffumigare ꝛ thurificare. Defio iui itũ. i. relinquere vel deficere. Confio iui itum. id est ꝑficio. Ista etiam habent ꝑ sincopã ij: vt suffij defij et confij. vñ. Quãuis dat fio factussum: nõ tñ ipsis. Suffio detis iui cum defio confio iunctis.

Potire.

¶ Potio iui itũ. i. potentẽ facere. Cõpotire ẽ aliquẽ inuestire: itroducere ꝛ potentem beneficij facere. Impotire est aliquẽ ipotentem facere: priuare officio vel beneficio. Potioꝛ iris verbum deponentale id est acquirere.

Cecutire.

¶ Cecutire iui itum. i. cecum esse vel fieri. Iñ cecutiens. i. lippiens vel parum videns. Etiã cecutire capit sepe ꝓ parum videre.

Retire.

¶ Retire. i. in rete capere: vel laqueare. Irretire. i. allaqueare impedire ꝛ rheti inuoluere. Irretitus a um. i. illaqueatus.

Futire.

¶ Futire. i. vana loqui vl' fundere: inde hic ꝛ hec futilis ꝛ hoc futile: ꝛ est illud qd̃ faciliter ꝛ cito fluit. vñ Grecista. Futile vas illud quod i se nulla recludit. Sic hõ futilis ẽ diuulgãs oẽ qd̃ audit

Glutire.

¶ Glutire. i. absoꝛbere comedere vel deuoꝛare. Inde gluto onis. i. mãdo.

Sitire.

¶ Sitire. i. potũ desiderare ꝛ ponit sepe pꝛo desiderare simpl'r. Iñ sitis nomẽ qd̃ ptꝫ supꝛa

Punire.

¶ Punire. i. penã alicui inferre. vñ⁹. Nil magis ingratũ ꝙ non punire reatũ. inde punitus a ũ. i. castigat⁹. Et cõponit dicẽdo ipunit⁹ a ũ q̃si nõ punitus: ꝛ q̃ sine pena euasit.

Explicat simpli

regulã destruũt .i. dcões intellecte ꝑ illã dcõnẽ cassis
Sed legẽ acssant hãc cassis ꝛ inde creata

¶ Dicit ꝙ verba intellecta per ser lr̃as istius dictionis cassus. cassant. i. annihilant hanc legem. i. pꝛedictam regulam: vt patebit in sequentibus.

ista verba.ſ.dant in ptō hoc verbum: dat

declarat. **Haurio ſepio ſentio ſi.vi cambio vl' pſi**

Haurire. ¶ Dicit ꝙ illa tria verba,ſ.haurio ſepio ⁊ ſentio hn̄t ſi in ptō.vt hauſi ſepſi ſenſi.Et hoc verbū cambio hꝫ cambiui vel campſi. ¶ Haurire.i.aquā attrahere de puteo,⁊ eſt equocū.vn̄.Haurit conſumit videt euacuat ferit audit. Sorbet et exiccet attrahit atq bibit. Sed magis ꝓprie accipit̄ ꝑ extrahere aquā de puteo.vt ibi,Haurit aquas cribro q̄ diſcere vult ſine libro. Sepire.i.circūdare et ſepe circumcludere,Vn̄ dr̄ ſepes pis vel ſepis pis.i.munitio de ſpinis vel lignis circa ſegetes vel olera.Inde ſepecula ⁊ ſepicula diminutiua ⁊ ꝓducunt ſe.vn̄. Vallamus proprie caſtrū:ſepimus ouile,Virgilius.Religio vetuit ſegeti ꝑſcidere ſepem.

Sentire. ¶ Sentire id eſt ꝑ ſenſum accipere,ſ.per viſum vel auditū ⁊c.et ſic eſt adiectiuū.Sed ſentire capit̄ ſepe ꝑ hr̄e ſenſum vel intellectū:⁊ ſic eſt neutrū.vn̄.Sentio ſenſatus:ſed ſentio dū ſcio ſenſum.Sic eſt actiuū ſic eſt neutrale repertū. A ſentio is ire dr̄ hec ſentes tis:vel ſentrix icis id eſt ſpina vel arbor ſpinoſa ⁊ vſitat̄ magis in plr̄i nūero.ſ.ſentes ſentiū ꝙ in ſr̄i nūero. Itē aſſentire.i.aſſenſum p̄bere.Inuenit̄ aſſentior iris deponentale ꝓ eodem.Conſentire.i.conſenſum p̄bere.vn̄.Eſt aſſentire ꝓprie v̄bis adulari. Sed conſentire dicaſq fil' dare ſenſum.Et qn̄q tn̄ p̄mū deponit agitq.Et ſicut dr̄nt aſſentire ⁊ cōſentire:ſic etiā dr̄nt aſſenſus ⁊ cōſenſus:vn̄.Aſſenſum verbis:cōſenſum dic fore factis.

Cambire ¶ Cambire.i.vnā rem ꝑ alia mutare:ſicut aurū ꝑ argento ⁊ hmōi:⁊ hꝫ campſi campſum:⁊ raro inuenit̄ cambiui cambitū.Vn̄ campſor oris.i.nūmularius q̄ dat argentū ꝑ auro ⁊ ecōtra.vn̄.Participat lucrū cāpſor ſi cāpſeris aurū.

in ptō hoc verbum verba verbo venio

Dat veni venio.ſic que cōponis ab illo

¶ Dicit ꝙ hoc verbū venio cū ſuis cōpoſitis hꝫ veni in ptō.vt aduenio adueni:ſubuenio ſubueni:euenio eueni ⁊c.

Venire. ¶ Venio is ire dr̄ q̄ſi verſus nos ire.Et dr̄nt veneo is ire ⁊ venio is ire.vn̄.Veneo lōgat̄ venio quoq corripiat̄.Primū ſeruat eo,ſed io dic eſſe ſcdī.Veneo eſt verbū neutrūpaſſiuū:q̄a ſub voce neutrali ſt̄ paſſiue q̄a veneo is ire.i.vendi.vn̄ꝰ. Si vis venire debes cras mane venire.Dare q̄ venit nulla gratia venit.Itē venio hꝫ veni in ptō ⁊ ventū in ſupino.ſed veneo hꝫ veniui vel venij in ptō ⁊ venū in ſupino.vn̄ꝰ.Veneo vi venum: venio ni dat quoq ventū.Itē dr̄nt veni pn̄tis tp̄is impatiui modi p̄ma breui:⁊ veni p̄ti pfecti tp̄is indicatiui mōi p̄ma longa.vn̄.Ad mea feſta veni q̄ꝰ p̄us ad tua veni Itē venimꝰ in pn̄ti eſt p̄a breuis ⁊ media longa:ſed venimus in ptō eſt p̄ma longa ⁊ media breuis.vn̄.Venimꝰ in priſco pn̄ti dico venimꝰ.Itē dr̄nt inuenire et reꝑire:vt ſtatim dicet̄. Itē venio ⁊ eius ꝯpoſita ſunt neutralia p̄ter qn̄q.vn̄.Eſt venio neutꝝ cū ꝯpoſitꝭ niſi qnq.Pre cō anteuenit circūuenit inuenit iſta.

hoc verbū in ptō .ſ.indifferenter

Dat ſalio ſalui.ſalij quoqꝫ ſiue ſaliui.

¶ Dicit ꝙ ſalio habet ſalui ſalij ſiue ſaliui in preterito. ¶ Differunt autē ſalire ſallere ⁊ pſallere vt ſupra.

Nota ¶ Nota ꝙ omnia verba habentia iui in preterito etiam habent ij et econtra.vnde verſus. Omne quod fit iui fit ij quod ij fit et iui. Sed liui triui ſiui ſunt duplicia per iui ¶ Iſta tria ſcilicet lino tero ⁊ ſino habent iui et non ij ſecundum vſum:ſaltem in ſimplici ſed in compoſitis etiam habent ij:vt deſino deſiui deſij.

.s.cõposita cõponit hoc verbũ demantur hoc verbũ

Queq̃ʒ parit pario simĺ excipiant̃ ꝛ aio

Excipit. cõposita.

¶ Dicit ꝙ cõposita a pario etiã excipiunt̃: ꝛ silŕ hoc verbũ aio. q̃a cõposita a pario non habent iui in ptõ sed aliter vt statim patebit. Et aio hʒ dixi: vt patebit in capitulo de verbis defectiuis. Pario patet supra.

ab illo verbo cõposita in ptõ hoc verbũ

A pario dant nata rui. nisi qđ reperire.

declarat Cõposita a pario

hoc verbũ formando ptm̃ fecerunt

Cõ mperioq̃ʒ peri faciendo preteriere.

¶ Dicit ꝙ cõposita a pario hñt rui in ptõ: vt aperio aperui opio opui. Nisi reperio ꝛ cõpio q̃ faciũt peri in ptõ. vt repi cõpi. ¶ Apire. i. reserare ꝛ discludere. Adapire. i. valde apire. Cõperire. i. inuenire. Expior iris expertussum verbũ cõmune. i. pbare vel pbari. Opior is ire opertussum deponentale. i. expectare. vñ Operior: tardũ operit me vestis amena. ¶ Operio operui opertũ id est tegere et hoc ɔponit̃ cũ cõ. ꝛ dr̃ cooperire. i. silŕ ɔiungendo operire. Vñ discooperire. i. detegere: Reperire. i. inuenire. vñ dr̃a. Querens inuenio. reperis qđ sors tulit vltro. ¶ Pario est verbũ neutrale tertie ɔiugatõis: sed cõposita eius sunt q̃rte coniugatõis et actiua preter operior deponentale ꝛ experior cõmune. Differunt aũt pario is ire: ꝛ pareo es ere: ꝛ paro as are vt supra.

Aperire. Operior.

.i. verba habentia fecerunt

In xi preterita per ctum fecere supina.

De formatiõe supiorũ q̃ttuor regule. Prima

¶ Dicit ꝙ verba hñtia xi in ptõ faciunt ctum in supino. vt vincio vinxi vinctũ. ¶ Itẽ dr̃nt vincite a vinco ꝛ vincite a vincio. vñ. Vincite puersos victos: vincite potentes. Item differunt vincitur media longa ꝛ vincitur media breuis. vnde versus. Vincitur hic victus. vincit̃ compede nexus.

tali lr̃a p̃cedente tali lr̃a .i. sine l vel r

L p̃eũte vĺ r si tũ facit. his sine dat sum

Scd̃a reg ꝛ tertia

demas in supino hoc verbũ hoc verbũ in supino

Excipias haustũ dãs haurio. sepio septũ

Excipit:

¶ Dicit ꝙ verba hñtia si in ptõ l p̃cedente vel r: faciunt tũ in supino. vt fultio fulsi fultum. fartio farsi fartũ. Et verba sine l vel r hñtia si in ptõ faciũt sum in supino: vt sentio sensi sensum: inde excipiuntur duo verba. s. haurio quod habet haustum: et sepio quod habet septũ.

hoc verbum .s. verbo venio descendentia in supino.

Vt venio sic dant ab eo venientia ventũ

Prĩa doctrina

¶ Dicit ꝙ sicut venio hʒ ventũ: ꝛ sic oĩa cõposita ab ipso descendentia hñt etiã ventũ in supino. vt reuenio reuentũ: aduenio aduentum:

.i. oẽ illud hoc verbũ cõponit precedente in supino

Et quicq̃d pario parit r p̃eunte facit tũ

Scd̃a do.

¶ Dicit ꝙ omnia composita a pario faciunt tum in supino r precedente: vt reperio reperi repertum: aperio aperui apertum.

Capitulum quintum.

verbū hñs iui in preterito mutatur in ſupino

Contra reg. **Jui preteritū ſemp tranſfertur in itum.**

¶ Dicit ꝙ verba habentia iui in ptō habent itum in ſupino. vt audio audiui auditum: poio poiui poitum.

hoc verbū in ſupino in ptō

Excipit. **Dat ſalio ſaltū. dū vi facit excipiendum**

¶ Dicit ꝙ ſalio eſt excipiendū a regula predicta dū ſcȝ facit ſaliui in ptō qa tūc habet ſaltum in ſupino. ¶ Nota ꝙ ſalio hȝ ſalui ſaliui vel ſalij in ptō ⁊ ſemp habet ſaltum in ſupino. Sed dum facit ſaltui: tunc eſt excipiendum a regula iſta quia tunc non habet itum in ſupino.

verbis abijcitur excipe in ſupino

J q̇bus eripit̄ duo deme ſupia. ſepultū

ſupinū hoc verbū ſepelio hec verbum ſupinum facit

Qd ſepelire facit. amicire ſupiat amictū

Amicio ¶ Dicit ꝙ excipienda ſunt verba facientia ptm̄ in iui: q̇bus i excipit̄ in ſupino. vt ſepelio ſepeliui ſepultū: amicio amicire amicui amictum. ¶ Amicire id eſt cooperire adiungere. Circūamicire. i. circumcirca amicire ⁊ veſtire. Jn̄ circūamictus. i. circūcinctus vel circūdatus. Coamicire. i. ſimul amicire: ⁊ ſubtrahitur. Jtē inueniunt̄ duo diſtincta verba. ſ. amicor aris deponentale: ⁊ amico as are actiuū. Amicor aris. i. eſſe amictū. Et p oppoſitū inimicor aris. i. eſſe inimicū. Et amico as are. i. facere amicū: ⁊ inimico as are. i. facere inimicū. vñ. Si q̇s amicat̄ nobis eſt noſter amicus. Cantus amicat̄ cū ſibi quē prece reddit amicū. Ac inimicatur nobis inimicus apertus. Jſte ſibi verbis ſocios inimicat̄ acerbis. Jtē oīa iſta verba ſcȝ amico amicor inimicor. et mico veniunt ab his nominibus amicus ⁊ inimicus. Amicus a um dicit̄ quaſi amoris cuſtos ſeu animi cuſtos et habet amicior in comparatiuo. Aliquando reperitur amicicior ad differentiam verbi paſſiui amicor. ¶ Sepelire id eſt mortuos condere. Et corripitur penulti. vnde

Sepelio. Ouidius. Et ſepeli lacrimis perfuſa fidelibus oſſa.

ab hoc verbo ab hoc verbo

A queo cōpoſita vel eo breuiare ſupina

notum eſt illud ſupinum breuiat hoc verbum

Cōſtat. ⁊ ambitū nō corripit ābio ſolū

¶ Dicit autor ſuperius ꝙ verba facientia ptm̄ in iui faciunt ſupinū in tū, producendo i in penul. ſillaba. Hic excipiendo dicit ꝙ cōpoſita ab eo ⁊ queo breuiant penulti. ſillabam: vt nequio nequitū: tranſeo tranſitū. Sed ambio ſolū producit ambitum in penulti. ſillaba. Eo ptȝ ē. ¶ Ambire id eſt circumdare ſeu

Ambio. cap(er)e. vñ⁹. Ambio dic cupio. dico et ambio luſtro. Ambicioſus a um eſt ille qui deſiderat honorem. Sed cupidus dr̄ q̇ deſiderat aliquā rem. vñ. Eſt ille rei cupidus: ſed honore vir ambicioſus. Jtē oīa cōpoſita ab eo retinent in pn̄ti e an̄ o preter ambio. qd̄ hȝ i ante o ſicut alia verba quarte coniugationis. vñ⁹. Ambio ſeruat io retinens veſtigia quarte. Cetera ſunt in eo que veniunt ab eo ſemper. ¶ Jtē oīa cōpoſita ab eo ſunt neutra p̄ter decē; q̄ ſunt actiua ſcȝ adeo ambio

anteo circueo inco p̃tereo abeo subeo et trãseo. vñ. Am: sub: in: p̃ter: circũ: trãs et ante. Hec sunt actiua q̃ dant or. cetera neutra. De cõpositis abeo vide in libro de cõpositis verborũ. ¶ Quire. i. posse: ptz s̃. Et cõponit cũ nõ dr̃ neq̃re. i. nõ posse: inde nequã. i. trufactor. q̃ scz nequit resistere malo. Itẽ eo queo cũ compositis hñt duplex futurũ indicatiui modi. vñ. Uult quero cum natis et eo duplicare futurum. Ibo dic vel eam: sic quibo siue queam dic. [Margin: Quire]

inuenire — verbo — sua

SI repire cupis ex deponente supina

verbi — cogita — fac — vocem

Actiui finge vocem. formaq; per illam. [Margin: De supis ṽbor. deponẽtaliũ]

in supino — multa

Sicut letatũ veritũ sed plurima verba.

verba — non sic — a reor — a misereor

Illa creãt aliter. pbat h̃ rat⁹ atq; misert⁹.

¶ Postq̃ autor determiauit de verbis actiuis ⁊ neutralib⁹ quo ad eorũ ptã ⁊ supina penes ordinẽ ꝯiugationũ. Hic ꝯñter deteriat de verbis deponentalibus quo ad eorũ ptã cuiuscũq; ꝯiugationis fuerint. Exm̃ de p̃ma vt emulor tristor. De scḋa vt vereor polliceor. De tertia vt cõuertor auertor. De quarta vt molior sortior. Et dt̃ p̃mo si tu cupis reperire supina ex deponenti verbo debes fingere vocẽ actiuã in o ⁊ formare fm̃ illã ptm̃ ⁊ supinũ: et repto supino illi⁹ verbi actiue vocis immediate habebis supinũ de verbo deponenti: qḋ est illi oĩno silẽ ex quo supino potes supplere ptm̃ verbi deponentis cum hoc verbo substantiuo sum es est. Ut finge vocẽ actiuã a letor. ⁊ habebis leto as aui letatum quod etiã est supinũ a letor. inde dicimus circũloquendo in ptõ deponentis letatusum vl' fui ⁊c. Sed plura verba creant aliter supina: qḋ pbat hoc ptm̃ ratus ⁊ misert⁹ q̃a voces eorũ actiue ficte haberẽt itũ: vt reo rui ruitũ misereo miserui miseritũ sed modo dicimus ratũ et misertũ. Inde ratusum ⁊ misertusum. Itẽ verbã deponentalia nõ habent propria preterita: sed circumlocuta per propriũ participiũ pti tpis ⁊ p hoc verbũ sum. vñ Priscianus. Preteritũ verbũ qḋ in or nõ hz vllũ. Sed vice pti cũ participante capit sum. ¶ Nota q̃ deponentale dr̃ a depono is ere. q̃a deponit passiuã sĩcationẽ ⁊ retinet actiuã: vel q̃a deponit vnã terminationẽ scz actiuã: vel q̃a deponit participiũ futuri tpis in dus. [Margin: Nota.]

¶ Arguit: bene dr̃ leto in actiua voce: g̃ male dr̃ q̃ letor est verbũ deponentale. Dõm q̃ bene dr̃ leto as are actiue. i. mortificare: etiã bene dr̃ leti dti casus a letus a um. i. gaudens: vel letũ ti. i. mors: tñ letor p gaudere est deponentale: q̃a leto as are: ⁊ leti dti casus nõ sunt eiusdẽ sĩcationis cũ letor verbo deponentali. ¶ Itẽ solũ repit vnũ verbũ deponẽtale qḋ deponit actiuã sĩcationẽ vt nascor. Et oĩa verba deponentalia olim erant cõia. vñ⁹. Deponens oẽ qḋ apud nos dr̃ esse. Quondã cõmune veteres illud posuere. Tunc duplex sensus fuerat: modo sufficit vnus. Et nõ immerito deponens dr̃. g̃. In signũ huius inueniunt multa verba deponentalia poni sub passiua sĩcatione in sacra scriptura. Uñ in Iheremia. Sicut numerari nõ possunt stelle celi: nec metiri arene maris ibi metiri ponit passiue. Et primi regũ. xxvi. capitulo. Sicut perdix persequitur in montib⁹ ⁊c. ibi persequitur ponitur passiue. Et ad hebreos vltimo. Talibus autẽ hostiis pmeret deus. i. pmerendo acquirit. Itẽ ps. Conuertere domine super tuum

Capitulum quintum.

Textũ in quo verbũ impsonale interest regit illũ genitiuũ legis.

Intererit regis vt regnũ iure gubernet

Textũ in quo hoc verbũ impsonale refert regit istũ gtm̄ regine.

Regineq; refert vt viuat crimine pura.

¶ Dicit ista duo verba interest et refert impsonaliter capta regunt gt̄os oim dictionũ casualiũ.exceptis q̇nq; gt̄is ꝓnominalib9 deriuatiue speciei loco quorum gtõrum regũt abltõs feminini generis.vt mea tua sua nostra et vestra.
¶ Dicit (impsonal'r capta) q̇a si psonal'r capiant regũt ntm̄ a parte añ vt pe tras refert mẽdacia.q̇d interest mea. Vñ mei interest.si mei capiat deriuatiue nõ est in vsu grãmaticoꝝ.et est incõgrua.sed inquantũ est p̄mitiue speciei ꝛ substantiuũ est cõgrua. Alij dicũt q̄ excipiunt ꝓpter ambiguitatẽ.q̇a cõcidũt in voce cũ possessiuis. Et genitiui recti ab istis v̄bis regũtur ex vi nature verbi.
¶ Querit.q̄re ista v̄ba loco gtõrũ potius regũt abltm̄ q̄ aliũ casum, Sol'o qr abltũs h3 maiorẽ ꝯuenientiã cũ gtõ: q̇a greci carẽtes abltõ vtunt gtõ loco ablti Scdo q̇a gtũs ꝛ abltũs in plurib9 regiminib9 ꝯueniũt. Tertio q: substantiuũ in ablatiuo intelligitur ergo illa adiectiua erunt etiam ablatiui casus.
¶ Querit.quare potius regũt abltm̄ pronominũ deriuatiuoꝝ q̄ primitiuoꝝ. Solutio ista verba regũt gtm̄ ꝛ qñ non hñt gtm̄ volunt habere illum casum qui includit gtm̄.sed ablatiui deriuatiuoꝝ includunt genitiuũ primitiui.ꝛ ablatiui primitiuorum non includunt genitiuum.ergo non regunt illos.
¶ Querit.q̄re pocius regũt istos abltõs in feïo gñe q̄ in masculino seu in neutro gñe. Sol'o.q̇a isti ablti includũt subm femi gñis.s.re seu vtilitate.
¶ Querit.q̄re pocius regunt istos abltõs in singulari nũero q̄ in plurali. Solutio.q̇a includũt substantiuũ singularis numeri.s.rem vtile.
¶ Querit.cui9 gñis sunt isti ablti. Sol'o quo ad modũ ꝑcandi sp sunt generis femi.sed quo ad ꝑcata q̇nq; sunt gñis mas.scz.qñ vir ꝓfert istã orõnẽ mea interest. ¶ Item hec verba in ista oratiõe regunt simul abltm̄ ꝛ genitiuũ mediante coniũctione.vt mea et iohãnis interest legere. Et cum his q̇nq; ablatiuis regunt quosdã gtõs sine cõiunctione media.vt tua vnius interest.mea solius.sua ipsius nostra omniũ.vestra soloꝝ ꝛc̄. Et cũ gtis pticipioꝝ.vt inter est mea scribentis. Et ponunt q̇dam cum genitiuo proprij nominis.vt iohannis interest.
¶ Querit.q̄lis figura tangit hic cũ dicit. Inter et est. Sol'o themasis. Et hic fieri themasis qñ vna dictio diuidit et alia interponit sicut est in proposito.
¶ Querit.q̇d est verbũ impsonale. Sol'o est cui nõ inest psonalis ꝓprietas.vel q̄d non ꝯiugat per tres psonas sub tribus distinctis terminatiõibus.
¶ Querit.vtrũ v̄bu3 põt impsonari.hoc est impsonal'r poni. Sol'o sic q: q̇cq̇d ꝯtingit mẽtaliter ꝯcipi põt orcten9 ꝛ grãmatical'r exp̄mi alioq̇n grãmatica esset imꝑfecta.sed possumus mẽtaliter ꝯcipe actũ sine supposito sicut accñs sine suo subiecto.g̃ ꝯtingit actum exprimi sine supposito q̄d non fieret nisi verbu3 posset impsonari.vt si querat.quid fit in ecclesia respondet canit. Ex quo patet finis verbi impersonalis.s.vt actus verbi exprimatur sine supposito. Ex quo patet so

cundo. ꝙ impersonalia verba non possunt regere casum a parte ante. vt supposi tum. quia hoc esset contra eorum naturam et finem.

¶ Notandū. ꝙ viginti septē sunt vba impsonalia actiue vocis. s. tria regentia gtm̄. qndeci regētia dtm̄. q̄ttuor accm̄ tm̄: qnq accm̄ cū gtō. q̄ patebunt in suis

¶ Querit̃. qt sunt regule de regimīe vboꝝ impsonaliū. Solo. sex q̄ꝝ (locis. qttuor pme sunt de vbis impsonalib⁹ actiue vocis. ⁊ alie due de vbis impsonali bus passiue vocis. Prima regula est. tm̄ tria sunt verba impsonalia actiue vocis q regūt quoscūq gtōs p̄ter istos qnq pnominales. loco quoꝝ regūt abltōs de qbus satis dictū est. que sunt interest refert et ista captum pro pertinet. Scda regula est qndecim sunt verba impersonalia actiue vocis que regunt datiuum. quorū tm̄ octo ponit autor. vt ↄtigit. euenit. accidit. placet. libet. licet. liquet ⁊ vacat. et Florista addit tria. s. suppetit. competit. ⁊ expedit. Et cōmūis vs⁹ ad dit quattuor s. fiat ↄstat est et succedit. Et p̄ter hec qndecim possunt addi aliq̄ alia. s. subuenit. cōgruit. et similia. Nota ꝙ vacat vno modo est idem ꝙ intendit seu incumbit: et sic regit dtm̄. vt petrus vacat studio. Alio modo est idem ꝙ va cuum esse siue carere. et sic regit abltm̄. vt bursa vacat pecunia. Etiam ponitur tunc qn̄q absolute. vt iste locus vacat. i. vacuus est. vnde. Tunc vacat intendit. cum dico vacat rationi. Atq vacat vacuuꝫ. cum dico vacat locus iste. Tertia re gula est. tm̄ quattuor sunt verba impsonalia regentia accm̄ solum vt iuuat decꝫ delectat oportet. vt infra patebit. Et ista verba impersonalia qn̄q capiunt̃ per sonaliter. Et te decet laus et honor. Quarta regula. quinq sunt verba imper sonalia actiue vocis que regunt accusatiuum a parte post cum genitiuo. vt pe nitet. tedet. miseret. pudet. et piget. vt penitet me sceleris. tedet me vicij. vt in fra patebit ibi. Penitet ⁊ tedet ⁊c̃. Quinta regula. oīa verba impsonalia pas siue vocis que descendūt a verbis actiuis regunt accusatiuū a parte post: et teu thonisant̃ per man. vt pulsatur campanam. vt infra. Que sine personis.

Etiā pn̄t regere abltm̄ mediāte ppositione. a vel ab. et. teut. p werdē. przebicꝫ vt pulsatur a custode. vnde Florista Impersonale passiuum iungito texto. In transitiue tamen his a vel ab mediante. Sexta regula. omnia verba impersona lia passiue vocis a verbis neutralibus descendentia sunt absoluta sicut sua ver ba a quibus descendunt. et possunt regere accusatiuū sue significationi propor cionabilem. vt curritur cursum: vel ablatiuum vel accusatiuum mediante pre positione. vt dormit̃ in camera vel extra camerā vnde Therentius. Quia labor sa est ad me itur. si leuis ad alium defertur gregem.

¶ Arguit̃. verbū psonale non pōt impsonari. ergo textus male loquitur hic de verbis impsonalibus. Añs pbat̃. qa omnis actus p̄supponit terminū a quo eg reditur. Dōm ꝙ verū est ſm rem. tamē intellectus potest illum actum intelli gere siue supposito: a quo actus verbi egreditur:

¶ Arguit̃. omne verbum significans per modū dicibilis de altero habet suppo situm ergo ⁊c̃. Dōm ꝙ hoc non sufficit ad habendum suppositum. sed vltra hoc requiritur modus significandi vt ipsius eēt alterum. cuius gratia requiritur no minatiuus qđ non conuenit verbis impersonalibus.

¶ Arguit̃. vnūqđq dꝫ intelligi sicut hꝫ esse. Sed oīs act⁹ verbi ex quo est acci dens. est in subiecto. g̃ debet intelligi in subiecto. Dōm ꝙ licet accidēs nō sub sistat sine subiecto. pōt tm̄ sine eo intelligi sicut albedo sine lacte intelligitur.

hoc verbū captū .i. put ẽt ptinẽtiā status vel officij sociat̃ p̃dictis

Est intellectū pro ptinet additur istis

Exm̄ in q̄ hoc v̄bū est captū ꝓ ꝑtinet regit illos gr̄os pr̄is ⁊ matris

Est patris matrisq3 pio succurrere nato

¶ Sn̄ia est q̄t hoc verbū est captū pro pertinet.i.qn̄ importat ꝑtinentiā status vel officij vel dignitatis addit̄ p̄dictis.i.etiam regit gt̄m̄ sicut predicta duo verba: Exm̄ vt in textu. Et hic est adolescētis maiores natu vereri. Inquit Cicero Est ꝙ eius diligere optimos quorum consilio et auxilio vtatur.

¶ Notandū ꝙ q̄uis interest et refert ꝯstruunt̄ cū abl̄tis mea tua sua nostra vestra tn̄ hoc v̄bū imꝑsonale est nō ꝯstruit̄ cū illis neq3 cū gt̄is illoꝝ.s.mei tui sui ⁊c̄. sed cū n̄tis vt meū tuū suū ⁊c̄. Actuū p̄mo dicit̄. Nō est vestrū nosse tpa et momēta q̄ pater posuit in potestate sua. Et in euāgelio dicit̄. Sedē aūt ad dexterā et ad sinistrā meā non est meū dare vobis. Tuū est videre vt omnia bn̄ fiant. Sic ordina. videre vt omnia bn̄ fiant est tuū. Itē hoc verbū est bn̄ construit̄ cum illis gt̄is moris et iuris, vt moris est.i.ad morem ꝑtinet. Iuris est.i.ad ius pertinet. Et illa q̄ dicta sunt de hoc verbo est, etiā ꝓn̄t dici de alijs verbijs habentibus cōn̄nē ꝟcationē cum eo vt lete viuere videt̄ adolescētis vel videtur tuū tamen potest ibidem intelligi verbum substantiuum.s.esse.

¶ Arguit̄. pertinet regit dt̄m̄ q̄ est captū ꝓ pertinet regit dt̄m̄ ⁊ non gt̄m̄. cū sunt synonima. Dōm ꝙ hoc verbū est. simpl'r nō est synonimū cū pertinet. Sed ꝓ tanto dicitur capi' pro pertinet. q̄a importat pertinentiā stat⁹ vel officij.

¶ Notandū ꝙ hoc verbū est multis modis construit cū gt̄ō. Primo regit genitiuū ex vi pure possessionis vt liber est petri. Scd̄o ex vi demōstrationis essentie. vt maria est magne virtutis. Tertio ex vi pertinentie ꝟcate per modu vt alterius. et sic regit gt̄m̄ per istā regulam. vt.s. importat pertinentiā status vel officij seu dignitatis. Exm̄ de statu: vt magistri scolariū est honeste viuere.i. honeste viuere pertinet ad eius statū. Exemplū de officio. vt magistri scolariū est corrigere discipulos id est corrigere discipulos pertinet ad eius officium. Exemplum de dignitate. vt magistri artium est deferre birretum in capite et annulum in manu.i. hoc pertinet ad eius dignitatem.

¶ Querit̄. quot modis capit̄ est impꝑsonal'r. Dōm ꝙ septē modis. Primo pro pertinet vt in textu. Scd̄o ꝓ ꝯtingit. vt dicit̄ in Donato ibi. Est qn̄ tertia ꝯiugatio ⁊c̄. Tertio qn̄ ꝯstruit̄ cū lr̄a ita. vt ista est sicut dico. Quarto qn̄ ꝯstruitur cum datiuo. vt mihi est bene. Quinto qn̄ construit̄ cū gerūdijs vt legendum est. Sexto quādo capitur cōparatiue. vt sicut est in ꝓposito ita est ibi. Septimo qn̄ capitur interrogatiue. vt est ne magister in scolis.

¶ Notandū ꝙ scd̄m quosdā hij gt̄i regunt̄ ab istis v̄bis ex vi nature spetialis. scd̄m alios regunt̄ ex vi pertinentie. sed generali denominatione ex vi demōstrationis essentie: quia ibi fit notificatio essentie.

.s.genitiui .s.nomē .s.ad statum.i.qd̄ ꝑtinet ad offitium

Dat regimen simile qd̄ ꝑtinet. offitiūq3

Est exm̄ de statu Est exm̄ de offitio.

Vt custos rerū notat. et custodia rerū.

¶ Sn̄ia est. ꝙ nomē ꝟcās statū aliquē vel offitiū dat simile regimen.i. regit genitiuū sicut p̄dicta v̄ba. Exempla parēt in textu. Hec sentētia stat in duab⁹ regulis. Prima est. dcō concretiue importās ꝑtinētiā status vel officij pōt regere gt̄m̄ ꝟcantē illud respectu cuius habet̄ talis ꝑtinentia. vt custos ecclesie ianitor celi. Scd̄a regula dictio importās abstractiue statū vel offitiū pōt regere gt̄m̄

[Sig]nificant ē illud respectu cuius habet talis status vel officium vt custodia re-rum. Sic prima regula intelligitur de concretis. secunda vero de abstractis.

¶ Arguit. autor hic male procedit quia post regimen verborū iterū tractat de re-gimine noim. cōtra hoc qđ dixit. In primis regimē &c. Dōm q ibi nō loquit per se sed istud fit hic solū incidentaliter. quia in pcedētibus dictū est q verbū impor-tans pertinentiā pōt regere gtm̄. Posset etiā aliqs dubitare. an nomen pōt im-portare aliam pertinentiā. hoc soluit hic vtz in textu.

¶ Arguit. custos rex. ibi est regimē ex vi actus cōuersi in habitū p illā regulā. Sūtq3 regēdo pares. Et custodia rex. ibi est regimē ex vi effect9 cause finalis. quia custodiat fit pp̄ter res obseruādas. Dōm q iste regule nō ponunt hic de ne-cessitate sed de bn̄ esse. Vel dōm q fm diuersas habitudines dcōnis regētis & re-cte posuū: esse plures vires regimis in vna orone. vt hic & alibi in mltis locis ptz:

¶ Querit. quō denominat regimē harū duax regulax. Dōm q in speciali de-nominatiōe ex vi pertinētie. Sed regimē prime regule denominat ex vi actus cō-uersi in habitū generali denominatiōe. quia custos dicit ex habitu custodiendi. Sed regimē secūde regule generali denominatiōe denominat ex vi effectus cau-se finalis. quia custodia fit propter res tanq propter finem.

i. dcōne regente — .s. casus — .i. pprij nois loci minoris

Et rectore caret genitiuus sepe localis.

p qn̄ — exteriorē — p qn̄ — .i. singularis

Cū nullū motū designes. dū preeuntis

De abso-lutiōe gti

declinationis — declinatiōis

Sit nūeri nomē. sit prime siue secunde.

Isti gti cōstructi cū illo v̄bo studeas vel moreris nullū motū exteriorē importāte carēt rectore.

Rothomagi studeas vel rome deinde moreris,

Isti genitiui nominū appellatiuorum appropriatorum similiter carēt rectore.

Militie tn̄ atq3 domi residebis humiq3

¶ Hic autor deterīat de absolutiōe gti. Et ratio ordinis est. quia habit9 pcedit priuationē. sed regimē h3 se vt habit9. absolutio vero vt priuatio. g &c.

¶ Snīa est q gtūs pprij nois loci minoris. simplicis figure. singlaris nūeri pme vel scđe decliatiōis cōstruct9 cū v̄bo vl' pticipio nō importāte motū ad locū exte-riorē caret rectore. vt studui rome. moror rothomagi. Et addunt hec tria nomi-na appellatiua appropriata sc3 milicia domus et humus. que etiam carent recto-re qn̄ cōstruunt cum hmōi verbo vel participio vt patet in textu. Dicitur primo gtūs pprij nomis. pp̄ter gtm̄ nomis appellatiui. quia nō pōt dici studui ioānis. Dicit minoris pp̄ter noia propria maiox locox. vt nō dr studui brabantie. Di-citur simplicis figure pp̄ter noia propria cōposite figure. vt nō dicit studui mō-tipessulani. Sed p̄dicta noia locoru3 ponunt in ablō mediante p̄positione in vt fui in ciuitate. in brabantia. in montepessulano. Dicit singularis nūeri. propter noia ppria pl'is nūeri. vt non dicit studui athenarū. Dicit pme vel scđe declia-tionis pp̄ter noia ppria tertie declinatiōis. vt nō dicit studui vernonis. Sed si sint talia ppria nomina tertie declinationis vel pluralis numeri tunc ponuntur

absolute in ablrō. vt studui vernone vel athenis. Dicit ꝯstructꝰ cū vbo vel ꝑticipio nō importēt motū ad locū exteriorē. q: cū ꝯstruūt cū illis q̄ iportēt motum ad locū carēt rectore in accō. vt vado romā ⁊ sic ꝯstruūt hmōi nomia cū vbo vl' ꝑticipio iportāte motū ō loco carēt rectore i ablrō. vt venio roma. ¶ Arguit. ista noia militia domꝰ ⁊ humus nō sunt ꝓpria noia. g̊ alexā. male exēplificat de illis. Dōm ꝙ licet non sunt ꝓpria noia tn̄ romani vtebant eis tanq̄ ꝓprijs noibus q: q̄dā loca habebāt qbꝰ appropriabāt ista noia ꝓpter actꝰ speciales q̄ fiebāt i istis
¶ Arguit. noia ꝓpria repiūt ꝯstrui mediāte ꝑpōne. g̊ male d: ꝙ carēt rectore. Añs ꝓbat ꝑ Tulliū in hac orone. Ea dic verres ad messanā venit. ibi messanē est ꝓpriū nomē loci mioris. Dōm ꝙ licet sic posset dici. elegantiꝰ tn̄ d: sine ꝑpōne.
¶ Arguit. nomia maiorꝝ locorꝝ etiā carent rectore. g̊ male dicit ꝙ ꝓpria nomina minorū locorū tm̄ carent rectore. qa dicit Vergilius. At nos scientes ibimus hinc alij affros. pars scithiā. Item arma viruq̄ꝫ cano. q̄ profugus ytaliā lauinia q̄ꝫ littora venit. Dōm ꝙ illi acci regūtur a ꝑpositione ad subintellecta. tn̄ talibus orationibꝰ nobis non licet vti: qualibꝰ poetis licet vti gratia metrorum.
¶ Arguit. verbū qetis nō cōstruitur cū grō sed cū ablrō. g̊ ⁊c. añs patet in hoc exemplo qō habet in actibus apostolorū de sctō paulo. Natus tarso cilicie nutritus aūt in hac ciuitate. Dōm ꝙ talis oratio nō est nobis imitāda. qa in ea est antithesis. qa ille ablrūs tarso ponitur pro illo genitiuo tarsi.
¶ Arguit. absolutio ē ꝓprietas dcōnis casualis casualiter tente. ꝑ qn̄ d: sū rome ibi rome nō ponit casual'r. ꝑ aduerbial'r. g̊ nō ponit absolute. q: dtermiat vbū rōne loci. Dōm ꝙ nō ponit aduerbial'r quāuis habeat officiū aduerbij.
¶ Et qn̄ cogit stare in tali casu. Dicendū ꝙ hoc non est ex parte dcōnis regentis. sed ex autoritate grāmaticorū. Vel licet habeat officium aduerbij quia determinat verbū tamē manet nomen. sicut econtra aduerbium aduerbialiter tentum potest habere officium nominis. vt diu est ꝙ comedi.
¶ Querit. qs d: motus interior ⁊ qs exterior. Dōm ꝙ interior motus est ille qui incipit in vno loco ⁊ termiat in eodem. Sed exterior motꝰ d: ille q̄ incipit in vno loco ⁊ termiat in alio.
¶ Notandū ꝙ milicia idē est ꝙ bellū vt petrus ducit vitā militie. Et sub illo noie militie cōprehēdit ille gtūs belli vn̄ Ille ore. Me pmis vrbis belli placuisse domiq̄ꝫ. Sed domꝰ capit qn̄q̄ꝫ vt ꝑ edificium. et sic regit. vt ascendā in supiora domꝰ. Qn̄q̄ꝫ est nomē collectm̄. vt domus aaron sperauit in dn̄o. Sed ille gtūs domi ponit absolute. Et ꝑcat qn̄q̄ꝫ totā habitationem. vt sum domi. Qn̄q̄ꝫ ꝑcat totā vrbem. vt fortiter egit domi forisq̄ꝫ. Romani multa habuerūt bella domi forisq̄ꝫ. hoc est bella intestina et externa.
¶ Notandū ꝙ ille gtūs humi positus absolute hꝫ duplicē ꝑcationē. qn̄q̄ꝫ ꝑcat in humo ⁊ sic ꝯstruit cū verbo qetis. vt petrus iacet humi. i. in humo. vt mea nihil refert humi an sublime putrescā. Qn̄q̄ꝫ humi est idem qō ad humū. ⁊ sic construit cū verbo importāte motū ad locū. vt cum appꝛehensum tunica strauit humi pronū. et in luto volutauit. ⁊ vehemēter erubuit vultuq̄ꝫ humi deiecit nō audens suspectare. Inuenit etiam cum verbo motus ille gtūs domi pro ad domū vt introducite vitulos eorum domi. Sed non est nobis imitanda cōstructio talis. et si ab autoribus inueniat positum tunc sic exponende sunt tales orationes.

illū gtm̄   :s. antiphone   ꝯsiderabis

Vespere pascal' hoc pōi more videbis.

¶ Snia est. ꝙ ille gtūs vespere positus in antiphona pascali. Vespere aūt sabbati ⁊c. ponit absolute (hac more). i. sicut nomina localia supradicto.
¶ Querit. q̄re dicit videbis. Dōm ꝙ ꝓpter duas ꝯtrarias opiniōes quarum prima est. ꝙ vespere est ablti casus tertie declinatiōis ab illo nomine vesper vt

bi. Factū est mane ꝛ vespe dies vnus. Alij dicūt ꝙ sit gtūs ab illo nomine vespa vespere. Sed illa scđa opinio est melior et cōmunior qa ista sentētia exprimit illā horā in qua Maria magdalena venit ad sepulcrū et illam certam horā significat gtūs vespere et nō ablrūs. Et hoc etiam patet ex relatiuo que. cum dicitur que lucessit qđ est feminini generis. non referens nisi aīs feminini generis.

¶ Arguit. venit importat motū ad locū. ergo pocius dꝫ vespere poni in accō. Dōm si venit construit cum casu important locū tunc ille casus debet poni in accō sed de gtō tēporis non oportet. qa ille gtūs vespere hic importat certū tempus. s. finē noctis. vel principiū pmi diei sabbati. i. septimane. vl' prima sabbati. i. prima hora illius diei. que dicebatur sabbatum.

¶ Querit. quare ponit potius in gtō ꝙ in ablatiuo. Dōm ad sīcandū ꝙ sicut gtūs casus est casus principꝫ: ita in hoc tpe voluit notare euangelista principium complētū nostre redēptionis: quia nihil profuisset nobis natiuitas vel passio domini nisi subsecuta fuisset eius resurrectio.

¶ Arguit. gtūs pme declinationis debet prolongari: sed vespere in versu isto abbreuiat. ergo ꝛc. Dōm ꝙ per syncopā debet dici vespere et constituat spondeum et sic nullū est impedimentū in metro. Uel dōm ꝙ stat materialiter: et est in textu acci casus. et sic non oportet ꝙ pducatur. qa nomen neutri generis in e corripitur tamen ille accūs representat genitiuū in antiphona pascali positum.

dcōnem rē possessam — dcōnē sīcātē gnatōem — casui

Possessum debes sociare genusqꝫ dtō

.s. subo — verbū — denotatur

Cū vbo. p quod substantia significatur.

De regimine dti ꝛ pmo de regimine ex vi possessionis.

¶ Hic autor incipit determinare de regimine dti. Ratio ordinis est: qꝛ ordo regiminis positus est ab autore iuxta ordinē casuū: qꝛ iuuenes. qs intēdit instruere: ordinē casuū ex donato sciunt: sed gtūs in ordine casuū obliquoꝝ pcedit dtm̄ ğ regimē gti precedit regimē datiui: et sic cōsequēter. Et dicit autor: ꝙ debemus sociare dtō casui possessum ꝛ genꝰ. cū verbo per qđ ꝛc. i. mediāte vbo subo Hec sentētia stat in duabus regulis. Prima est dcō sīcans rem possessam pōt regere dtm̄ sīcantem possessorē illius rei mediāte verbo substātiuo. vt iste liber est hermanno. Scđa regula est. dcō sīcās genus. i. aliquā lineā cōsanguinitatis seu principiū gnatiōis. potest regere dtm̄ sīcantem rem generatā vel sīcantem illaꝫ rem respectu cuius est linea gnationis seu cōsanguinitatis mediāte verbo substantiuo: vt iste est ioanni pater: sum tibi filius: sum tibi nepos.

¶ Querit. quot cōcurrunt ad regimē datiui. Solo. quattuor. s. duo gnalia et duo specialia. Generalia sunt modus dependēs ex parte dcōnis regētis ꝛ modus dependentiā determinās ex parte dcōnis recte. Sed specialia pncipia sunt modus afferentis: et modus cui aliquid acquiritur.

¶ Querit. quot sunt vires in regimine dti. Solo qttuor. s. ex vi possessiōis: ex vi relationis. ex vi actus cōuersi in habitū. ex vi acquisitiōis specialis: et vltra illos quattuor est regimen generale ex vi acquisitions generalis.

¶ Arguit. de relatiuis in lr̄a sequēti dr. ğ hic supflue ponit hec regula: qꝛ pater filiꝰ nepos oīa sūt relatiua. Dōm ꝙ hic determinat de eis vt regunt alios dtōs ꝙ suoꝝ correlatiuoꝝ. ꝑ in textu sequēti regūt dtōs suoꝝ correlatiuoꝝ. Et qn̄ regūt gtm̄ dicēdo sortes est pater tui. valet tm̄ sicut pater tuꝰ p modū possessiōis. Sꝫ qn̄ dicit est pater tibi valet tantum sicut est pater ad vtilitateꝫ tuam.

¶ Arguit. sicut sex sunt vires in regimine genitiui. ita etiā erūt sex in regimie

datiui. Probaẗ ꝯñ a per simile. q̃a ambo sunt obliq̃ casus. Dõm ꝙ non est simi- le q̃a in regimine gti attenduntẗ vires penes id qḋ est alterius. ꝙ fieri pōt secun- dum demonstrationē et participationē vt prius patuit. Sed in regimine datiui attendūtur vires penes id ꝙ est acq̃rere alteri. qḋ non pōt fieri secundū partici- pationem seu demonstrationē. sed quattuoꝛ modis tantum.

¶ Queriẗ. ṽbū subm de necessitate addaẗ. Dõm de de necessitate absoluta ꝯditionata. Primū ptꝫ q̃a ṽbo subo deposito adhuc manet oratio congrua. Se- cūdum ptꝫ q̃a perfecta sñia non habeẗ nisi addito verbo substantiuo.

¶ Ubi nota ꝙ iste dtūs non regiẗ a verbo substātiuo. sed a nomine mediāte ṽer- bo subo sicut sedens super equū principaliter ipm gubernat sed instrumentum quo mediante ipsum regit est frenum chamus et huiusmodi.

¶ Queriẗ. q̃re ṽbū subm magis expꝛimiẗ hic cū magis necessariū sit in regimi- ne gti ꝙ hic. Dõm ꝙ ratio est. q꞉ gtūs denotat reꝫ actual'r possessam a possessoꝛe. dtūs denotat cā habitual'r possessam cū modo acq̃sitiōis tm̄. Uel dicendū ꝙ no- men hꝫ potētiā regēti dtm̄. ꝛ illa potētia reduciẗ ad actum ꝑ ṽbū subm. Et hoc intelligendū est de rōne ꝑfectionis sentētie. q꞉ absolute nō req̃riẗ ṽbū subm sed ꝯditional'r. Et habet iste textus veritatem tam de possessione pura ꝙ impura.

¶ Arguiẗ. non req̃ritur verbū subm tanꝙ mediū. g dictū falsum. Añs probatꝛ hoc exemplo placitus mihi. Sol'o nomina adiectiua bñ possunt regere dtm̄ sine medio verbi subi. q̃a ꝑcant per modū alteri acq̃sibilis non tñ noia substantiua. q ꝑcant per modū per se stantis non vt alteri acq̃sibilē vt prius patuit.

¶ Queriẗ a q̃t partibus oꝛonis regit dtūs. Dõm ꝙ a sex. Primo a nomine. vt amabilis mihi. amandus nobis. Secūdo a ꝓnoie vt ideꝫ mihi. Tertio a verbo vt faueo tibi. Quarto ab aduerbio. vt similiter mihi. Quinto a participio. vt dans tibi. Sexto ab interiectione vt heu mihi. ¶ Notandū ꝙ omne verbū mūdi pōt regere dtm̄ casum dūmodo acquisitiue ponaẗ. vñ. Non est in mūdo verbū qḋcūꝗ ꝙ sit illud. Quin possit regere casum quandoꝗ datiuum.

De regie dti ex vi rectionis

taliter ... dcōnes ... dtm̄ ... regunt

Sicqꝫ relatie voces huc sepe gubernāt

hostilis ... dcō ꝑcans primitatem

His cōtrarietas sociatur proximitasqꝫ.

Est etiā de ꝯtrarietate ... sunt exempla de primitate

Isti dissimiles vicinus siue ꝓpinquus

¶ Dicit ꝙ relatiue voces. i. relatiua logicalia regūt sepe. i. hūc dtm̄ casuꝫ. Et his sociaẗ cōtrarietas ꝛ primitas. i. dcōnes ꝑcantes ꝯtrarietatē ꝛ proximitatē. Hec sñia stat in duabus regulis. Prima est relatiuū logicale sepe regit datiuū sui coꝛrelatiui. vt dicendo pater est filio pater. seruus est dño seruus. Et ꝑ hoc intelligiẗ ꝙ non solū regula verificatur de relatiuis eq̃parātie. sed etiā de aliis. Secūda est dcō ꝑcans ꝯtrarietatē hostilē potest regere dtm̄ ꝑcantē illud respe- ctu cuius habeẗ talis contrarietas. vt inimicus adamo. Tertia est dictio ꝑcans primitatem potest regere dtm̄ ꝑcantem illū respectu cuius habetur talis pro- ximitas siue in loco siue in sanguine. vt vicinus adamo, nepos hermanni.

¶ Queritur. quare dicitur in textu sepe. Dicendū ideo quia relatiui non sem- per regunt datiuum. sed quandoꝗ regunt genitiuum. vt pater filii pater.

¶ Arguiẗ. ꝓus et posteriꝰ sunt relatiua. ꝛ tñ nō regunt dtm̄ sed ablm̄. vt ꝓus posterioꝛe prius. Dõm relatiua cōꝑatiui gradus pñt regere ablatm̄ sed alia re-

unt datiuū.et sic ista regula intelligitur de relatiuis nō cōparatiui gradus re latis ad sua correlatiua sine medio prepositionis.

¶ Cōtra.relatm̄ nō cōpatm̄ pōt regere gtm̄ ꝙ ⁊c. Probaṫ in hoc exēplo filiꝰ pris.in ꝙ illud relatm̄ filiꝰ regit gtm̄ ⁊ nō dtm̄. Dōm ꝙ textꝰ nō dt sp sed sepe.

¶ Queriṫ.ꝗ est dr̄a harū regularū. Solo est ꝗa relatm̄ ſm primā regulā regit datiuū sui correlatiui.vt filis fili filis.sed ſm alias regulas regit dtm̄ sui nō correlatiui.vt adamus est similis hermāno. Et hoc fit ad ſcandū ꝙ relatiuum non semper regit datiuū sui correlatiui ideo posuit alias regulas speciales.

¶ Queriṫ.quare non additur cū verbo substātiuo. Dōm ideo.ꝗa relatiua sūt adiectiūa et adiectiua dicūt actualē inherētiā.ꝗ nō est necessariū addere verbū substantiuū ad reducendū potētialitatē ad actū.Tn̄ pōt addi vt id qd̄ est in re actualiter in sermone explicetur:nō tn̄ de necessitate obsoluta.sed cōditionata. Et ideo sic.in textu non dicit omnimodā similitudinē.sed aliqualem.

¶ Queritur.quō denominaṫ istud regimē. Dōm primū potissime ex vi relationis scdm ex vi cōtrarietatis.et tertiū ex vi ꝓximitatis.ꝗa regimen debet denominari a dcōne regente in ordie ad dictionē rectā.vt sepius patuit in predictis.

.s.terminata .s.noīa ꝑdictis

In bilis aut in dus v̓balia iūgis eisdem

Exm̄ in quo amabilis regit illum datiuū nobis.silr̄ et amandus.

Sic nobis xp̄s ⁊ amablis est et amādꝰ.

De regie datiui ex vi actꝰ cōuersi i habitum.

¶ Dicit ꝙ nomia v̓balia in bilis aut in dus termiata dtm̄ regūt a parte post vt christꝰ est amabilis mihi:christꝰ est amādus nobis. Et diciṫ notāter (i bilis. aut in dus) ꝓpter v̓balia in or vel in trix teriata.q: illa regūt gtm̄. Et dꝫ addi (a v̓bis trāsitiuis descēdētia) q: si descēdāt a v̓bis neutralibꝰ non regūt dtm̄.

¶ Queriṫ.ꝗ est dr̄a inter noia v̓balia in bilis descēdētia a verbis trāsitiuis ⁊ a neutralibꝰ. Solo ista.q: descendētia a verbis transitiuis exponūt passiue ꝑ suū infinitiuū passiuum.vt amabilis.i.aptus est amari:debet amari oportet amari. Sed descēdentia a verbis neutralibꝰ exponunṫ neutralr̄ ꝑ aptus.⁊ ꝑ suū infinitiuū.vt stabilis.i.aptus natus est stare. Et debet huic regule addi (passiuam ſcationē hn̄tia) ꝗa si haberēt actiuā ſcationē tūc nō regūt dtm̄.vt lumē est penetrabile per vitrū.i.aptū penetrari. Et debet addi (regit dtm̄ ſcantē rem inferentē passionē) ꝗa si dtūs aliud ſcaret tūc non regereṫ per istam regulam.

¶ Arguiṫ.sunt aliqua noia in ilis terminata:vt docilis vtilis.ꝗ etiā regūt datiuum per istam regulā.ergo textus est diminutus. Dōm de illis nō facit autor specialē regulam.ꝗa pauca sunt:et habeat cum istis aliqualem cōuenientiā.

¶ Notādum.ꝙ nomina verbalia in bilis terminata etiā possunt exponi actiue seu passiue:vt habilis.i.aptus natus habere seu haberi.

¶ Arguiṫ.amādus est ꝑticipiū.ꝗ male poniṫ ꝓ noīe verbali. Dōm ꝙ amādꝰ capiṫ duplr̄.Uno mō vt exponiṫ ꝑ dignꝰ.vt amādꝰ.i.dignꝰ amari.⁊ sic ē nomen et regit dtm̄ per istā regulā. Alio mō exponiṫ dꝫ.vt amādꝰ.i.dꝫ amari.⁊ tūc est ꝑticipiū ⁊ regit eundē casū quē suū verbū a ꝗ descēdit.vn̄ alexā. Huc iūges verbo iunges et participanti. Itē per dignus nomen per debet participans est

¶ Queriṫ.q̄re amādus nomialiter positū nō regit gtm̄ sicut alia participia ꝑsentis tꝑis nomialisata.vt amās. Dōm licet amādus sit nomē:tn̄ adhuc passiue ſcat.et per passiuū exponiṫ.ꝗ adhuc regit dtm̄ sicut suum verbum passiuum.

¶ Queriṫ.quō regimē ꝑdicte regule denomiatur. Dōm ex vi actus cōuersi in habitū:ꝗa ꝑdicta noia ſcāt illud per modū habitꝰ et q̄etis.i.qd̄ sua verba ſcant per modū fluxus et fieri:ꝗ actus in illis est mutatus in habitum.

De regie datiui ex vi acquisitionis.

dcōnem ꝟcantē damnū — dcōnem ꝟcantem vtilitatem

Dānuz significās aut vtile pone datiuo

Exm̄ in quo illa dcō gratus ꝟcans vtilitatē regit dtm̄ pr̄i respectu cuiꝰ est illa vtilitas — Exm̄ in quo illa dcō grauis ꝟcans incōmodū regit illū dtm̄ hosti respectu cuius est incōmodum.

Hic pr̄i gratꝰ. hostiqꝫ grauis dare debe

¶ Dicit ꝙ dcō ꝯcretiue ꝟcans cōmodū vel incōmodū.i.damnū vel vtilitatem pōt regere datiuū ꝟcantem id cui acq̄ritur talis vtilitas vel tale dānum. vt vtile mihi. ꝓficuū mihi. grauis mihi. Et dicit notāter. dcō ad ꝟcandū ꝙ nō solū nomen per istā regulā regit datiuū. sed etiā verbū et ꝑticipiū. vt nocet mihi. obest tibi fauens tibi. Et dicit notāter. cui talis acquiritur vtilitas. vel damnum. quia si datiuus aliud significaret non regeretur per istā regulā. vt filius docetur patri que habet duplicē sensum. Primus est ꝙ filius docetur ad vtilitatem patris et sic regitur per illā regulā. Alius sensus est filius docetur patri.i.a patre. Et sic regitur per illā regulā. Sepe resoluis in ab. Et debet addi. ex vi acq̄sitionis specialis. ad differentiā datiui recti per illam regulā. Istius regimen ꝛc.

¶ Arguit. gratitudo est dcō ꝟcās vtilitatē. et tn̄ nō regit datiuū per istam regulam. sed genitiuū. vt gratitudo. patris. Dōm regula intelligitur de dcōne significante concretiue damnum vel vtilitatem. vt gratus patri.

¶ Arguit. ista ꝟba dāno spolior. importāt dānū. et laudo ꝯmēdo importāt vtilitatē. et tn̄ nō regūt dtm̄ ꝑ istā regulā. sed accm̄. vt damno te laudo te. Solꝰ ꝟba ista trāsitiue capta regūt accm̄. sed acq̄sitiue posita regūt dtm̄. Ex q̄ elicit talis regula. ꝙ om̄is dcō ꝟcans rē suā vt est acq̄sibilis alteri regit datiuū ꝑ istā regulā si ex sua impositiōe importat dānum seu vtilitātē. sed si solū ex additiōe sua cū dtō importat dānū seu vtilitatē tūc regit dtm̄ per istā regulā. Istiꝰ regimen

De regie datiui ex vi acq̄sitionis generalis.

generalis — datiui

Istius regimen dabit acquisitio casus.

Exemplum

Nobis est passus q̄ nobis cūcta creauit

Exemplum

Nobis surrexit. q̄ nobis tartara fregit.

¶ Iste textus pōt dupliciter sententiari. Primo sic. ꝙ quilibet dtūs ꝟm predicta q̄ttuor regimina pōt regi ex vi acq̄sitiōis gn̄alis. Vel sic q̄n̄cunqꝫ dtūs regitur ab aliquo tunc per talem orationē importatur acquisitio: quia datiuus est proprius casus acquisitionis: sicut genitiuus possessionis.

¶ Querit. q̄ttuplex est acq̄sitio. Dōm ꝙ duplex. s. gn̄alis et specialis. Acq̄sitio spēalis est q̄n̄ dcō regēs de se iportat cōmodū vl' incōmodū dānū vel vtilitatē. vt grauis et vtilis. et de hoc intelligit ꝑdicta regula. Dānū ꝟcās. vt ibi dictū est. Sed gn̄alis acq̄sitio est q̄n̄ dcō de se non importat cōmodū vel incōmodū. sed ex adiūctione alterius ꝟcat damnum vel vtilitatem: et de illa agitur hic.

¶ Notandū. ꝙ ꝑter regulā generalē (ꝟm quā om̄e verbū acq̄sitiue positū pōt regere dtm̄) sunt alique regule speciales. quarꝫ prima. Omnia cōposita a sum et fore regūt dtm̄ preter absum. qd regit sepius abltm̄. vt iohannes abest patria. Exm̄ de alijs. vt obest mihi. ꝓdest tibi scio id ꝓfore mihi. Secūda regula omnia

cōposita cū ppōne non regūt dtm̄ vt tuā dignitatē. tibi ꝯgratulor. cōgaudebo ti
bi in doctoratu tuo. Tertia regula om̄ia cōposita a facio qn̄ cōponūt cū aduer-
bio regūt dtm̄. vt de⁹ tibi bn̄faciat. Quarta regula om̄ia ꝟba ſcātia iuuare re-
gūt datiuum ꝑter iuuo qd̄ regit accm̄ vt auxilior amminiculor ſuffragor ſucur-
ro tibi. Quinta regula: om̄ia ꝟba ſcātia nocere regūt dtm̄. vt noceo offitio tibi
crudi fruct⁹ officiūt voci. Sexta regula. oīa ꝟba ſcantia certare regūt dtm̄. vt
cōcerto pugno cōtendo tibi. Septia regula: verba ſcātia cōtrariari regūt da-
tiuū. vt obuio obſto reſiſto tibi. Octaua regula. verba ſignificantia obedire re-
gūt datiuū. vt obedio acquieſco pareo famulor obſequor tibi. Nona regula ver
ba ſignificantia inimicitiam regunt datiuum: vt inimicor inſidior petro. Deci-
ma regula: verba ſignificantia blandire regunt datiuum vt blādior adulor adio
cor tibi. Undecima regula: verba ſignificantia actum iraſcendi regunt datiuū.
vt iraſcor indignor ſtomachor tibi. Duodecima regula verba ſignificantia actū
dandi operam regunt datiuum: vt ſtudeo incumbo indulgo litteris. Tredecima
regula: verba ſignificantia actum gratificādi regunt datiuum. vt gratificor gra
tulor tibi: Decimaquarta regula: omnia verba ſignificātia actum preeſſendi re
gunt datiuum. vt preſideo. preficior preſum tibi.

¶ Notandū. ꝙ gratus capit̄ dupl'r. Primo eſt idem ꝙ accept⁹. vt vtinã mihi
datum eſſet vt poſſem pro tuis ſummis in me benemeritis tibi gratus eſſe. Se-
cundo eſt idem ꝙ memor beneficij: et ſic regit accm̄ mediante illud prepoſitione
erga. vt do quottidie operam vt poſſem ꝙ̄ gratiſſimus erga te eſſe.

¶ Notandū. ꝙ graue qn̄ꝗ eſt idē qd̄ pōderoſum. ⁊ ſic opponit̄ leni. vn̄ pħs in
q̄rto celi. Omne leue ſurſū: ⁊ om̄e graue deorſum naturaliter mouet̄. Et qn̄ꝗ
capit̄ ſcd̄m trāſlationē ad alia. vt grauis eſt in morib⁹ ⁊ hoc in malo. Et etiā per
tranſſuptionē capit̄ in bono. vt homies ꝯſtātes in prudētia graues nomiant̄ q̄a
nunꝙ̄ a iuſto vel ab equo recedūt. Scd̄o grauis eſt idē ꝙ moleſt⁹: ⁊ ſic regit da-
tiuū. vt hic eſt grauis hoſti. Etiā capit̄ ꝓ labore. afficere. ⁊ ſic dicit̄ ꝙ dij nō ſunt
graues: q̄a nō dicūt neꝗ alicui exhibent negocium.

¶ Arguit̄. ſi om̄ia verba mūdi poſſent regere dtm̄ ſequeret̄ ꝙ oīa verba mūdi
eſſent debilis trāſitiōis. q2 tale ꝟbū regit dtm̄ vel aliū obliquū ꝑter accm̄. Di-
cendū ꝙ verbū regit vno modo dtm̄ tanꝙ̄ ex ſua natura ſibi ꝓpriū: ⁊ ſic ſolū ver
ba debilis trāſitiōis regūt. dtm̄. Alio mō verba regūt dtm̄ nō tanꝙ̄ caſum ex na
tura ſibi ꝓpriū. ſed ex virtute acq̄ſitiōis gn̄alis: ⁊ talia verba nō oportet eſſe de
bilis trāſitiōis. Siml'r om̄e verbū mūdi pōt regere duos accōs: vnū q̄ eſt ꝓpor-
tionabilis ſcatiōis: vt curro curſum et alium ſignificantē tempus in quo ſit ta-
lis actus vt Adamus ſtetit hic hanc ſtationem tres horas.

¶ Arguit̄. ex hoc ſeq̄ret̄ ꝙ om̄e ꝟbū mūdi eſſet vehemētiſſime trāſitiōis. q2 il-
lud eſt ꝟbū vehemētiſſime trāſitiōis qd̄ pōt regere duos accōs ſ huiuſmōi ſunt
om̄ia ꝟba mūdi. vt pꝫ ex iā dictis. g̃ ⁊c. Dōm nō poſſunt regere duos accōs in-
differēter: ſed ſolū illos q̄ ſcant illud qd̄ eſt cū ꝟbo ꝓporcionabilis ſcationis et
tpis: ſed hoc nō facit aliqd̄ verbū eſſe vehemētiſſime trāſitionis: vt poſtea dicet̄.

i. alicui frequēter tribues acq̄ſitiue poſito

Verbo ſepe duos dabis acq̄rēdo dtōs

Quō verba regūt datiuum.

Exm̄ in q̄ hoc ꝟbum ſunt regit illū datiuū mihi cui aliq̄d acq̄rit̄. ⁊ illū datiuū lucro ſcātē modū q̄ acq̄rit̄

Exm̄ in q̄ hoc verbū ſunt regit illū dtm̄ vobis cui aliquid acquirit̄. et illū datiuū damno ſcantē modum quo acquiritur.

Hec mihi ſūt lucro vob̄ ſūt cetera dāno

res acq̄sitas ꝯsideres ꝑsonis notabis

Acquisitiua notes qb⁹ acq̄sita videbis.

¶ Sn̄ia est. ꝙ verbū acq̄sitiue positū sepe regit duos dtōs. vnū ex natura acq̄sitiōis: aliū ex natura cause finalis. ⁊ ḡ dicit ꝙ notāda est res acq̄sitia: ⁊ cui talis res acq̄rit: vt hoc est tibi vicio: hec mihi sūt honori: ciuib⁹ laus sua decori est.

¶ Querit. q̄t req̄rūtur ad perfectā acq̄sitionem. Dōm ꝙ quattuor scȝ res acquisita. res cui aliquid acq̄ritur: modus acquisitiōis: et finis propter quē est acquisitio. Ex quo patet ꝙ quādo res acquisita ad aliud dependet q̄ꝫ ad illos q̄ttuor modos: tunc illa dependentia non potest perfecte per duos dtōs determinari: sed req̄rit aliq̄n tres datiuos: vnū ꝑcantem rem cui aliq̄d acquiritur: secūdū ꝑcantē modū acq̄sitiōis: tertiū ꝑcantē id per quod vel ꝓpter qđ fit talis acq̄sitio. Exm̄ Prisciani Hec sunt mihi cordi lucro. Sil'r hic: teneas hoc tibi menti. Et in horis beate Crucis legit. Jugi sit memorie mors hec mihi cure.

¶ Arguit. q̄n ponūt duo noia suba in vna orōne sine ꝯiūctiōe media: tūc vnū illorū hȝ esse gti cas⁹: sed isti dti sunt noia suba ⁊ ponunt sine ꝯiūctiōe media ḡ ⁊c. Dōm ꝙ illa regula hȝ intelligi dūmō nō est vna dcō q̄ posset regere illos eosdē cas⁹. Vel dōm ꝙ illa reg'a intelligit q̄n vn⁹ casus determiat depēdētiā alteri⁹.

¶ Arguit: participiū etiā regit duos dtōs. ḡ male dr. Verbo sepe duos. Dicendū ꝙ participiū cōprehenditur sub verbo: q̄a regit eundē casum quē suū verbum a quo descendit: vt patebit ibi. Que iunges verbo ⁊c.

¶ Querit. in quottuplici drīa sūt verba regētia dtm̄ ꝑ istā regulā. Dōm ꝙ in multiplici drīa. Primo v̄ba suba: vt lr̄e tue fuerūt mihi magne iucūditati dolori vel gaudio. Et sub v̄bis subis ꝯprehēdunt v̄ba habētia ꝯsimē ꝑcationē cū eis videlicet v̄ba apparitiōis ⁊ estimatiōis: vt tu tibi id laudi ducis: illud tibi vicio ducendū est. Secūdo verba ꝑcantia actū dandi duos regunt dtōs. vt hoc dabit tibi laudi vituperio dedecori vel honori illud do tibi dono.

¶ Et nota drīam inter cōmodare et mutuare: q̄a cōmodamus cum idem in numero reddim⁹. cū aūt mutam⁹ non reddim⁹ idē in nūero. sed in spetie seu in valore. vt hermānus dedit mihi librū suū cōmodato. Tertio verba ꝑcantia actū subueniēdi duos regūt dtōs. vt adamus venit mihi auxilio. Et quedā alia verba vt prosilio. vt petrus ꝓsilijt auxilio socijs. Et quedā verba regunt solū scōm datiuum. et loca ꝑoris hn̄t accm̄. vt Jacob dilexi. Esau aūt odio habui. et ille dtūs odio in eadem sn̄ia potest regi a verbo substantiuo sum. vel ab hoc verbo habeo. vt habeo adamū odio vel sum adami odio. Et vniuersaliter (si loquimur artificialiter) omne verbum mūdi potest regere duos datiuos.

¶ Querit. vtrū isti duo dti regunt ex eadē vi. Dōm ꝙ sic. ⁊ licet ambo regāt ex vi acq̄sitiōis. tn̄ nō eodē mō. q2 ṗm⁹ dtūs ꝑcat rē cui aliq̄d acq̄rit ⁊ regit ex vi acq̄sitiōis actiue. ⁊ scōs ꝑcat illud ꝙ acq̄rit. ⁊ regitur ex vi acq̄sitiōis passiue.

¶ Arguit. nomē nō pōt regere duos dtōs ḡ v̄bū nō pōt regere duos dtōs. Dicendū ꝙ negandū est ans. q2 sicut verba vehemētissime trāsitiōs regūt duos actiones. ita eoꝝ verbalia noia regūt duos gtōs. vt adamus est doctor iacobi gramatice. adam⁹ est instructor hermānis musice. henricus ē indutor petri tunice.

.s. dtm̄ in abltm̄ hec orōe sic resoluitur id est

Sepe resoluis i ab. huic vis'. vis' ab illo.

¶ Sn̄ia est. ꝙ dtūs sepe resoluit in abltm̄ mediāte ꝑpōne a vl' ab. Exm̄ vt iter tu. ⁊ hic. nil cernit illi. i. ab illo. dr id vulgo. i. a vulgo: Et qđ dr de v̄bo etiā intelligendū est de ꝑticipio. vt iste inuisus est deo et hoibus est dilect⁹ deo et hoibus.

.i.deo et hoibus. Simil'r hic Bubo est omnib? auib? perosa.i.ab oibus auib?.

¶ Arguit.nomē nō pōt regere dtm̄ nisi mediāte vbo subo ꝗ male dicit in textu huic visus.añs pbat p illā regulā pus positā. Cū vbo p qd suba scat. Dōm ꝙ illa regula intelligit de noib? substātiuis.sed ista intelligit de noib? adiectiuis Uel dōm ꝙ visus est hic pticipiū qd pōt regere eūdē casum quē suū verbū a quo descendit. Dōm ꝙ hic subintelligitur verbum substantiuum.

¶ Querit.a qbus verbis regit dtūs resolubilis in abltm̄. Dōm ꝙ pmo regit a verbis passiuis.vt color videt illi.i.ab illo.et sub verbis passiuis debēt cōphendi verba deponentalia et cōmunia passiue scatiōis et verba neutropassiua.vt nascit huic fili?.i.ab hoc. Petrus venerat mihi.i.a me. Hermān? venit mihi.i.vēditus a me. Scdo regit a verbis impsonalib? passiue vocis.vt fletur vergilio.i.a vergilio. Frequētius tm̄ tale verbū impsonale resoluit in verbū actiuū.vt stat mihi id est ego sto. Tertio regit a noibus verbalib? in bilis et in dus terminatis. vt Christ? est amabilis vel amādus nobis id est a nobis. Et etiā regit dtūs a qbusdā noibus verbalibus in osus terminatis.vt Joannes est oibus hoibus formidolosus .id est ab oibus hominibus. Quarto dcōes diuersitatis et alietatis et differentias scātes regunt dtm̄.vt diuersum illi.id est ab illo.discrepat illi.i.ab illo.frequētius tamen in ablatiuo inueniunt. Quinto a verbis susceptiuis et receptiuis.vt petrus sustulit mihi aurum.etiā aufero eripio tollo. Sexto hoc verbum est captum pro existimat regit datiuū resolubilem in ablatiuum mediante prepositione a vel ab: vt diuine non sunt mihi tanti quanti littere id est non reputantur a me pro tanto.

¶ Querit.qd scabit dtūs resolubilis in abltm̄. Dōm ꝙ scabit rem a q̄ alteri passio infert. Et est notandū ꝙ dtūs magis resoluit in ablatiuum ꝙ econuerso. quia resolutio nihil aliud est ꝙ illius quod occultum est manifestatio sed manifestior est ista sententia in ablatiuo ꝙ in datiuo: ergo potius resoluit datiuus in ablatiuū ꝙ econuerso: sicut obscurū resoluit in illud quod est clarū et manifestū

¶ Item cum dicit visus est mihi.exponitur sic.i.a me videtur. Sed quando dicitur videor mihi.dunckt mich.widzimischie. videtur tibi.dunckt dich.widziczsche. videtur sibi vel illi.widziczsche onemu.

dtis verba iubentia actis vales
His pceptiua q̄rtisue potes dare vba

associabis verba actū fandi scat actū scandi.
Junges que fatu signat aut signi icari.

declaro tibi hec tibi hec tibi hec
Hec tibi clarifico signo vl' denoto scribo

omnia ista verba
Eruxo docceo iubeo simul instruo disco

hoc verbū associare actō
Ac introduco debes cōiungere quarto

pqñ acq̄sitiue ponis verba casibus
Dū tū acquiris decet hec sociare datis.

¶ Sensus est ꝙ verba ptinētia ad pcipiendū vt pcipio: Ad fandū siue loquendum

vt dico. Ad clarificandũ vt clarifico. construunt̃ cũ dtõ ꝛ actõ: vt p̄cipio tibi hoc dico tibi ꝟm: clarifico tibi argumentũ. Et hec ꝟba erudio doceo. ꝛc̃. q̄ debem⁹ cõiungere actõ: si tñ acquisitiue ponant̃: etiã decꝫ ipsa sociare datiuis: vt doceo tibi filiũ tuũ grammaticã. Sñia ista stat in quattuoꝛ partibus: quarũ pꝛima est. Uerba p̄ceptiua regunt dtm̃ s̄cantẽ illud cui p̄cipit̃: ꝛ actm̃ s̄cantẽ illud qð p̄cipit̃: vt mando tibi hoc. Scða pars. ꝟba s̄cantia actũ loquẽdi regũt dtm̃ s̄cantẽ illud cui loquit̃ ꝛ actm̃ s̄cantem illud qð dr̃: vt retulit mihi noua. Tertia pars. ꝟba s̄cantia actũ notificandi regũt dtm̃ s̄cantẽ illud cui notificat̃. ꝛ actũ s̄cantẽ illud qð notificat̃: vt clarifico tibi illud. Quarta pars: ista ꝟba hic in textu posita scꝫ. erudeo: doceo: instruo: ꝛc̃. q̄ ex natura regũt actm̃. cũ tñ acq̄sitiue ponant̃ regũt sil'r dtm̃. ꝛ sic p̄dicta verba regũt dtm̃ cũ actõ qñ acq̄sitiue ponunt̃: vt doceo patri filium suum grammaticam.

¶ Arguit̃. ꝟba pertinẽtia ad inhibitionẽ regũt etiã dtm̃: vt inhibeo tibi illð. g̃ regula est diminuta. Dðm ꝙ illa compꝛehendunt̃ sub verbis p̄ceptiuis q̄a illis opponuntur: ꝛ oppositoꝛum eadem est disciplina.

¶ Arguit̃ ista ꝟba regũt ꝓpꝛie actm̃. g̃ dꝫ hec reg'la poni i regimie acti: Dðm ꝙ ꝟm est ꝑ se loq̄ndo: sed solũ incidental'r hic loq̄t̃ ad s̄candũ ꝑ locũ a minoꝛi i ordine ad maius. si sint ꝟba vehemẽtissime trãsitiõis de q̄bus mĩ⁹ videt̃: tñ acq̄sitiue posita possunt regere dtm̃. g̃ omne verbũ mundi potest regere dtm̃.

¶ Querit̃. quottupl'r ꝟba p̄ceptiua regũt dtm̃ vel actm̃. Dðm ꝙ dupl'r. Uno modo ꝯiunctim: ꝛ tunc dtũs s̄cat rem cui p̄cipit: ꝛ abltũs s̄cat rem qui p̄cipitur in eadem oꝛõne. Alio modo possunt regere illos duos casus diuisim in diuersis oꝛõnibus: ꝛ qñ hoc fit tũc adiungit̃ ei infinitiuus: vt p̄cipio tibi scribere: vel p̄cipio te scribere. ꝛ tũc ille actũs te regit̃ ab infinitiuo scribere: qð scit̃ penes resolutionẽ: qñ. s. actus põt resolui in ntm̃: ꝛ infinitiu⁹ in suũ ꝟbũ finitũ mediãte ꝙ vel q̄tenus: manẽte eadẽ sñia. vt p̄cipio ꝙ tu legas. Et ille actũs nõ põt regi ab illo verbo p̄cipio. qꝛ si regeret actm̃ rei rõnalis: tũc esset ꝟbũ vehemẽtissime transitionis quod est falsum: q̄a si regeret talem actm̃ qui s̄cat rem recipientes aliquid adhuc posset regere vnum actm̃ qui s̄caret illud ꝙ recipit̃: hoc aũt falsum est: sed tamen infinitiuus cum actõ supplet vicẽ acti casus. ꝛ g̃ p̄cipio non est verbum absolutum in ista oꝛatione pꝛecipio te legere.

¶ Arguit̃. verba pertinentia ad consulendũ etiã regunt datiuũ cum accõ. ergo textus est diminutus. Dðm ꝙ illa compꝛehendunt̃ sub verbis pꝛeceptiuis. q̄a qui habet alicui pꝛecipere etiam habet illi consulere. vt consulo tibi hoc.

¶ Querit̃. q̄ttuplitia sunt verba regẽtia dtm̃ cũ accõ per istam regulã. Dðm ꝙ q̄druplitia. Pꝛimo verba ꝑtinentia ad loq̄ndũ. vt loquoꝛ. sermocinoꝛ dico ꝛ predico ꝛc̃. Scða verba ꝑtinentia ad notificandũ aliq̄d. vt notifico clarifico ꝛ similia. Tertia verba s̄cantia actum donandi. vt restituo remitto reddo indulgeo pꝛebeo tribuo largioꝛ et confero. Quarto verba pertinẽtia ad legatioẽ. vt mitto destino transfero. Et possunt addi duo modi. Pꝛimus est. verba s̄cãtia ꝓmittere regũt dtm̃ cum accusatiuo. vt ꝓmitto spondeo polliceoꝛ. Scðs est. verba significãtia actũ cõparandi regũt dtm̃ cũ actõ vt sunt comparo confero compono equo. vt cõfero te illi. et potest adhuc addi ablatiuus in quo fit cõparatio. vt confero te illi eloquentia. Similiter verba s̄cãtia actum subiugandi. vt subiicio suppono subdo. Etiam verba s̄cantia actum adiungendi. vt associo adiungo applico associo me Hermanno. ꝛc̃.

¶ Arguit̃. plura sunt verba regẽtia dtm̃ cum accõ ꝙ autoꝛ hic in textu enumerat. ergo est diminutus. Dðm ꝙ autoꝛ hic ponit aliqua. sub quibus omnia. alia compꝛehendit. et sunt etiam in pꝛedictis modis enumeratus.

¶ Notandū. ꝙ instruo h3 duplicē ſcationē. Vnᷓ eſt idem ꝙ pre parare. vt in= ſtruo claſſem miliciam aciem. et ſic dicitur miles inſtructus. quaſi ad pugnam ar matus. Vnᷓ idem eſt qđ docere. vñ Catho Si tibi ſint nati nec opes tunc arti bus illos. Inſtrue ⁊c̄. Sed ceteroꝝ verboꝝ ſcationes ſunt ſatis plane ideo eo rum expoſitionē reſeruo ad alium locum.

hoc nomē adiectiuū	hoc aduerbiū obuiā	hoc ỽbū obuio	illas interiectiōes .ſ. ꝑdictis

Obuiꝰ atqꝫ viā vio ve ſil' heu q̄qꝫ iūgaꝫ

Quō partes indeclinabiles regūt datiuum.

¶ Sñia eſt qđ hoc nomē adiectiuū obuius. et hoc aduerbiū obuiā. et illud ver bum obuio as are. cū illis duabus interiectiōibꝰ ve et heu. volūt regere datiuū vt obuius ſum tibi. venit mihi obuiā. obuiauerūt vobis redeūtibus. et ibi obuiꝰ uerunt dño ⁊c. Ve mūdo a ſcandalo. Heu mihi quia incolatus meus ⁊c.

¶ Arguiꝛ. obuius importat ꝯtrarietatē. ğ regit gtm̄ per illā. Proximitas cō trarietas ⁊c. Dōm ꝙ nō eſt inconueniēs ꝙ͞ vna dictio regat diuerſos caſus ſm diuerſas habitudies. vl' dr. ꝙ nō poniꝛ hec regula de neceſſitate. ſ de bñ eſſe.

¶ Arguiꝛ. ſunt pl'a aduerbia q̄ pñt regere dtm̄. ğ textꝰ eſt diminutꝰ. vt fauo= rabiliter tibi. Dōm ꝙ illa cōprehenduntꝛ ſub hoc aduerbio obuiam.

¶ Ubi notandū. ꝙ oīa aduerbia deſcēdentia a noībus potentibus regere dtm̄ etiā pñt regere dtm̄. Et breuitatis grā ſub illo aduerbio obuiā cōprehēdunꝛ. Ubi inſuꝑ notandū eſt ꝙ alexāder incidētaliter determinat hic de ꝑtibus inde clinabilibꝰ. in quātū ponit hoc aduerbiū obuiā. qđ ꝯuenit cū illo nomīe adiecti= uo obuiꝰ obuia obuiū in ſcatiōe ⁊ ſub illo alia aduerbia cōprehenduntur.

¶ Arguiꝛ. interiectio non poteſt regere caſum. vñ Floriſta interiectio coniū= genſqꝫ carebit vtroqꝫ. i. nec regit nec regiꝛ. Dōm ꝙ interiectio vt importat af= fectum mentis abſolute. non regit aliquem caſum vt vult Floriſta Sed ſi capi= atur improprie inquantum ſc3 importat dolorem vel paſſionem aliquē alteri ac= quiſibilem poteſt regere datiuum. et ſic loquitur alexander.

¶ Cōtra. interiectio adhuc nō pōt regere dtm̄. et ꝑcipue heu ğ. ⁊c̄. añs pt3 ꝑ ſcđa parte ꝑ autoritatē Laurētij de vallis. q̄ dicit ꝙ heu nūq͞ regit dtm̄ ſ actm̄ Et hoc ꝓbat exēplis peritorū. vñ Vergiliꝰ Heu ſtirpē inuiſam Therentiꝰ Heu me miſeꝝ. Plinius Heu dementiā ab his initijs eſtimantiū ad ſuperbiā ſe geni= tos. Dōm ꝙ bene poteſt regere actm̄ vt ꝓbant exempla. vt etiā poſtea patebit Sed per hoc non ꝓbaꝛ quin etiā pōt regere dtm̄. vt patet in pš. Heu mihi q2 in= colatus meus ꝓlongatꝰ eſt. Ideo autoritas Laurētij. non eſt acceptāda. quia non loq̄tur in hoc vt exꝑtus. magis ex volūtate cōtradicendi Alexādro: vt con tra q͞ plurimos more pompoſorū facit. non ex ingenij certitudine.

¶ Queriꝛ. quot regule danꝛ de regimine aduerbioꝝ. Dōm ꝙ quattuor: Pri ma eſt. omne aduerbiū particulariter importans tempus regit gtm̄. vt nūc tpis hodie tpis. Et dr particulariter. q̄a ſi importaret vl'r tempus tunc non regeret gtm̄. vt ſemꝑ. Secūda regula eſt. aduerbia loci regūt gtm̄ vt vbiqꝫ locoꝝ. Ter= tia regula eſt. aduerbia deſcendentia a nomibus potentibꝰ regere datiuū etiam poſſunt regere datiuū. vt ipſe loq̄tur ſimiliter mihi vel diſſimiliter mihi.

Quarta regula eſt omnia aduerbia comparatiui gradus poſſunt regere ablati= uum vt iohānes currit velocius petro. Et aduerbia ſuperlatiui gradus poſſunt regere genitiuum. vt iohannes optime rethorum loquitur.

¶ Notandū. ꝙ ſub illo verbo obuio as are etiā alia verba ꝯprehenduntꝛ vt oc= curro. Exm̄ vt occurrerūt dño. et offero. Vergilius O ptime te mihi affero. Si militer aſſurgo et inſurgo. vt aſſurgo parentibus: inſurgo hoſtibus.

Capitulum Octauum.

¶ Querit. quot modis capitur ve. Dñm q duob⁹ modis. Primo modo vt est piunctio encletica: et sic poni debet in fine dcõnũ qs copulat: vt Petrus Paulusue scribit: legit. ⁊ sic capit in pposito. et tũc componit cũ ne et dicit neue. qd valet tantũ vt non. vñ Oui. Neue puellaꝝ fletu moueare caueto. Ut flerẽt oculos erudere suos. Scdo capitur vt est interiectio dolẽtis. Ue soli si ceciderit: qr non habet subleuamẽ. ⁊c. Quñq vt est interiectio execrãdi. vt ve mundo ab scãdalo. Ue vobis scribis ⁊ phariseis. Et sic sepe ponit nominaliter. Inde dicitur aue quasi sine ve. vn⁹. Non igitur sine ve nunc viuit filius eue.

¶ Notandũ q heu multis modis ɔstruitur. qa qñq ponitur sine casu. vt peniteret heu sero. nil didicisse modo. Et qñq ɔstruitur cũ ntõ. Uergilius Heu prisca fides. Quñq cum gtõ. vt heu misere mentis. Quñq cũ dtõ vt heu mihi qa incol itus meus. ⁊c. Quñq cum actõ. vtõ vt heu me miseꝝ. Quñq cum vtõ vt heu petre. Et qñq ɔponitur et dr eheu. et est idem quod heu. vñ Uergilius Eheu qu ĩ pingui macer est mihi taurus in aruo.

¶ Notandũ. q est drã inter heu et heus. qa heus est aduerbiũ reuocãdi pteremtem. Uergilius Heus iuuenes monstrare viam. Sed heu interiectio sub qua interiectione cõprehenditur hei. quod regit frequentius dtm quẽ heu. vt Hei mihi q nullis amor est medicabilis herbis. Et pñt multe alie interiectiones inueniri. de qbus supersedeo. qa faciliter earũ ßcatio potest considerari.

ista verba impsonalia — casui

Quõ verba impsonalia regũt dtm. — **Cõtigit euenit accidit ⁊ placꝫ adde dtõ**

ista verba impsonalia — pdictis

Et libꝫ atqꝫ licꝫ liquet ⁊ vacat addit istis

¶ Sñia est q ista verba impsonalia in textu posita regunt dtm a parte post vt contigit mihi eo tpe brugis esse. placet mihi per optime ⁊c.

¶ Arguitur. sunt plura verba impersonalia regẽtia dtm q ista. ergo text⁹ est diminutus. qa Florista addit adhuc tria. vt suppetit competit expedit. Dicendum q. sta comprehenduntur sub istis.

¶ Cõtra. sub istis intelligi nõ pñt. g ⁊c. añs pbat. qr ɔtraria sub ɔtrarijs intelligũt. ⁊ synonima sub synonimis. ß hmõi no sunt illa verba impsonalia a Florista posita cũ istis. g ⁊c. Dõm q licet p oĩa nõ sit similitudo. tñ est aliqlis. qr qpõt ɔsiderari q cũ istis habeãt ɔuenientiã in regendo datiuum.

¶ Querit. quot modis possunt ista verba capi. Dõm q duob⁹ modis Uno modo personaliter. et sic regũt a parte añ ntm. sicut cetera verba personalia. Alio modo capiũtur impersonaliter. et sic regũt dtm a parte post cũ infinitiuo vt placet mihi bibere ⁊c. Et ratio est. quia quemcunq casum regit verbum psonale a parte post illum etiã illius verbi vis impersonaliter accepta potest regere a parte post. sed personalia istorũ verborũ regunt dtm a parte post. ergo et ipsa impsonalia. Et dr cũ infinitio nõ qr ĩfinito sit cã ipsonalitatꝫ eoꝝ qr ĩfinitio deposito adhuc manẽt ꝟba ipsonalia ß ẽ solũ signũ ipsonalitatꝫ illoꝝ verborũ a posteriori.

¶ Notandũ ßm Floristã infinitiuus adiungitur verbis impsonalib⁹ actiue vocis. non autẽ passiue vocis. quia illa ßcãt actũ determinatũ q non determinatur per aliquẽ aliũ actum. sed verba impsonalia ßcant actũ q determinari põt p aliũ actum. Et istud ꝟm est de verbis impsonalibus passiue vocis dummodo descendunt a verbis proberetícis. quia illa possunt ex sua natura construi cum infinitiuo. vt desideratur a me bibere. Item contingit vt est peccatum a cõtingere. qd est simul tangere. potest regere nominatiuũ a parte ante et accusatiuũ a parte

post. et sic est verbū personale: vt ego minimo digito meo nō te contingam. Jnde dicitur cōtiguus a um. et dicunt contigua quorū vltima se tangūt. tn̄ vnū nō sunt. vt cutis et camisia. Sed continua sunt quorū vltima sunt vnum. vt partes linee vel trabis sunt cōtinua de qbus patet qnto et sexto phisicorum. Scdo capitur ꝯtingit impsonaliter. vt scz valet tm̄ sicut accidit. et sic regit dtm̄. vt cōtingit mihi legere. Simil'r alia vba in textu posita pnt capi psonal'r et etiā ipsonal'r

¶ Queritur. qt tuplicia sunt verba impsonalia. Dōm q duplicia. s. actiue vocis et passiue vocis. Actiue vocis terminant in t et theutonisant per es. vt licet. t. es geburt sich. vroczilosche. Sed impsonalia passiue vocis terminant in tur et thetuonisant per man vt bibit man trinckt mausch pic. Un̄ verba ipsonalia actiue vocis sunt vigititria vn̄⁹. Si nūerare velis impsonalia vba Actiue vocis tria dantur atq viginti, de quib⁹ supra in regimine gti dictum est. Et quando dicit sunt plura q vigintitria. vt constat suppetit et sufficit, et est captū impersonaliter. Dōm q licet simpl'r loquendo sint plura. sunt tamē vigintitria, cōmuniter vsitata et magis principalia, de quibus loquūtur predicta metra.

¶ Notandū q aliq sūt vba impsonalia ex sua natura. et illa sunt vigintitria. Et alia sunt impsona lia ex adiūctis. et illa sunt qnq. vn̄⁹. Sunt ex adiunctis impersonalia qnq. Jncipit desinit atq pōt solet et licet adde. Et dicunt impsonalia ex adiuncto. q a eis adiungit infinitiuus, quia posteriori denotat eorum impsonalitatē. Sed verba impsonalia passiue vocis sūt infinita. vn̄⁹. Si nūerare velis impsonalia vba Passiue vocis. nūeꝝ tu non recitabis qa a qlibet vbo actio venit vnū verbū impsonale passiue vocis. ꝯ infinita (saltē q ad nos,) sūt verba actiua.

¶ Querit. q est dr̄a inter licet et libet. Dicendū q licet respicit bonuz honestum. sed libet bonum delectabile. vt ph dolor omne qō libet modernis temporibus licet. Et a verbo licet venit licentia. Et est dr̄a inter licentiā et libertatem quia libertas capitur in bono. vt qs non timide loqtur qō serui est. sed ingenue et libere. hoc est vt liberū hominē decet loqtur. Sed licentia in malū potest capi. Comicus. Deteriores omēs sumus licentia. Sumitur etiam licentia in bonū. vt data est mihi licentia orandi. Jtem vacat personaliter captuz ꝑcat carere. vt tu debes ex qua me accusas culpa vacare. Et similiter hic. hec non vaccat misterio id est non caret ratione. Et qnq significat operam dare. et sic regit datiuū. vt Adamus vaccat litteris. vacat porationibus. Qnq ꝑcat vacuū esse. vt hic locus non vacat. sedes apostolica vacat. i. nō est papa. Sed vacat impsonaliter captum id est ociosum. vt non vacat mihi audire ineptias tuas: non vacat mihi audire tuas nugas. Jnde dicitur vacatio et vacantia. et est tempus quo non exercentur studia. inde etiam vacumna id est dea vacantiarum. vnde Horatius. Hec ego dictabam post phanum putre vacumne.

¶ Querit. vtrū dtūs pōt poni absolute. Dōm q sic. vt laus deo. et ponit trib⁹ modis absolute. Prima causa breuitatis. vt deo grās breuius dicitur q deo dicamus gratias. Secūda causa relatiōis. vt habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Jn qua oratione si hoc relatiuum eis non esset positum. hoc antecedens habitantibus regeretur. vt esset loquutio satis clara. sed quia ponit in hac oratione hoc relatiuum eis oportet antecedens poni absolute quia nō est verbū vnde regatur. Tertio ponitur datiuus absolute aduerbialiter. vt hermannus ruri se continet id est rure. quid audiat luci id est in luce hermannus venit vesperi. i. vespe. Dicūt tn̄ qdaz q isti sunt ablti casus. et q illa nomina hñt e vel i in ablto p illā regulā. Sextus iri vel in e qnq tn̄ dat vtrunq. Sed potius videtur q ponant aduerbialiter ꝑ in officium. vt supra dictum est de gtō.

¶ Arguit. ex isto sequeret q autor esset diminut⁹. q2 nō facit mētionē de abl[illegible]

tione ipsius datiui. sicut ponit absolutionē gti acti et ablti. Solutio. ideo nō fecit mentionē de absolutione datiui. qa nulla difficultas est in talibus orationib⁹ Et etiam facillime in talibus orationib⁹ potest intelligi verbū a quo regantur vt laus deo. supple sit. et sic de similibus orationibus.

De regimine acti et primo quo nomina regūt actm̄.

.s. casus passiuū postponitur p̄dictis

A Ccusatiui regimen subiūgitur istis.

¶ Dicit q̄ regimē acti subiūgitur regiminib⁹ de dtō supra declaratis. Cuius ordis ratio est. q2 ordo regimis sumit penes ordinē casuū: sed ntūs et dtūs p̄cedūt actm̄. ḡ ꝛc. Scda ratio est. q2 gtūs et dtūs sunt casus sube. actūs aūt est casus accn̄tis. sed suba est] ante accn̄s. ḡ. ꝛc. Patet qa actūs est casus trāsitiu⁹. ꝛ q̄to aliquid est magis transitiuū tanto verius accedit ad naturā accn̄tis.
Secūdo patet hoc. qa gtūs et dtūs vt plurimū ꝯstruunt cum nominibus subam p̄cātibus. sed accūs ꝯstruit cū verbis seu participijs accn̄s p̄cātibus. ḡ ex parte adiūcti dicūt casus sube vel accn̄tis: ex quo sumi pōt ratio ordinis. Ex quo patꝫ solutio vnius argumēti quo qs posset arguere q̄ gtūs dtūs et actūs eiusdē nominis idē p̄cant. ḡ vnus nō est casus sube et alius accn̄tis: qa hoc verū est scdm res per se. sed s̄m modū vnus pōt esse casus habent maiorē similitudinē cū accidēte Uel ex adiuncto potest dici casus accidentalis siue accidentis.
¶ Arguit. regimē acti nō est distinctū a regimie nti. ḡ male de illo loqt̄ b alexāder. qa quēcunq3 casum regit rectus illā etiā regit eius obliquus. vn̄⁹. Quē casum rectus hūc inflectio regit eius. Solo hoc est verum de regimine actiuo: hic aūt loqtur de regimie acti passiuo. Un̄ regimen actiuū accusatiui est. quo regit aliā dictionē. sed regimen passiuum est quo regitur ab alia dictione.
¶ Querit. .a quot partibus orationis regit actūs: Solo a sex. Primo a noie adiectiuo. vt adam⁹ est albus pedem. Scdo a v̄bo. vt lego euāgeliū. Tertio a participio. vt legens lectionē. Quarto a p̄pōne vt ad patrē. et sic extendit ad deseruire. Quinto ab interiectione. heu me miserum. O ineffabilem virum.
Sexto ab aduerbio. vt ecce magistrum.

.i. p̄priū alicui⁹ partis tribuit partē

Sepe qd̄ est partis toti dat. ꝛ regit illā.

Exm̄m in quo illud adiectiuū nigra p̄cans p̄prietatē regit illum accusatiuum faciem significantem subiectum proprietatis.

talis figura

Est ibi sinodoche. qn̄ faciē nigra. dētes

sunt exempla similia

Alb3 nuda pedē. mlier r̄dimita capillos

¶ Dicit q̄ dcō p̄cans p̄prietatē alicuius partis attributā toti pōt regere accusatiuū p̄cantē illā partem p sinodochen. vt ethiops est albus dentes. Ibi hoc nomē albus p̄cat p̄prietatē que est in dentib⁹. et denoīat totū ethiopē albū licet improprie. Et resoluit p̄fis locutio et similis per verbū habet. vt ethiops albus dentes. i. qui h3 albos dentes. Et potest regula conuerti sic. Adiectiuū iportās p̄prietatē totius attributā parti pōt regere actm̄ p̄cantē totū ex vi synodoches vt adamus est nobilis progeniem. femina est clara genus.
¶ Arguit de figuris determiat autor in q̄rta p̄te. ergo male loqt̄ hoc de synodoche. q2 diuerse scie h̄nt diuersa ꝯsiderare. Solo hic loqtur solū de synodoche

In quantum per ipsam fit aliqđ regimen acci. Sed in quarta parte loquit᷑ de natura ipsius synodoches in se.s.quando fieri habet.

¶ Arguit᷑.nomina nō pñt regere actm̄.ḡ ⁊c.ans ꝓbatur.q̄a inter dcōnem regentē et dictionē rectā dꝫ esse ꝓporcio modoꝝ s̄ſcandi.sed nulla ꝓporcio modorum s̄ſcādi est inter nomē adiectiuū et actm̄.q: actūs est casus trāsitionis.sed solum verba et eoꝝ participia importāt trāsitionē.ḡ tantū ab illis regit᷑. Solutio hoc intelligit᷑ de oratione simpliciter congrua et absq3 figura.quia per figuram bene regitur a nomine. vt patet in exemplis in textu positis.

¶ Querit᷑.vtꝝ pars debeat capi ꝓprie vel cōmuniter. Sol'o large ⁊ cōmūiter put extēdit se ad aliud qđ est s̄ſaciter ps integralis.vt sortes est alb⁹ pedē Uel pars essentialis.vt hermān⁹ est ornatus animā. Uel ꝓ illo qđ est ꝓprietas ptis vt sortes est pulcer colorē.Uel ꝓ illo qđ adiacet parti.vt sortes ē pulcer vestes

¶ Querit᷑.quottuplex est synodoche.vel qñ hꝫ fieri. Sol'o.qñ pars ponit᷑ pro toto.vt animus mulieris est mihi nuptus.vel ecōtra.vt affer mihi fontē.i.partē fontis. Est aūt duplex.s.locutiōis et ꝯstructionis. Locutiōis est qñ pars ponit᷑ pro toto vel ecōtra.seu qñ ꝓprietas partis attribuit᷑ toti vel econtra absq3 incōgruitate grāmaticali. De primo.vt affer mihi fontem. De scđo:vt Johannes est alb⁹ pedē. In q̄bus orōnib⁹ nullū est viciū ꝯgruitatis. Constructiōis est qñ ꝓprietas partis attribuit᷑ toti vel ecōtra sub aliqua improprietate grāmaticali. De primo.vt adamus est alb⁹ faciē. Exm̄ secundi.vt hermānus nobilis gentem. Uicium in hac figura est.ꝙ actūs regat᷑ ab aliqua dictiōe a qua regi nō potest. Ratio excusans illud vicium est cōmoditas metri cum breuitate sermonis quia breuius dicitur albus pedem ꝙ̄ albus secundū pedem.

¶ Queritur.a quot partibus orōnis actūs regitur per synodochen. Solutio.a tribus.vñ Florista Adiectiua regūt.passiua neutraq3 verba.Actm̄ per sinodochen subiunctū Alba pedē.dolet iste caput.sed frangit᷑ hic crus. Primo a nominibus adiectiuis.vt mulier alba pedem.et hoc de adiectiuo voce et significatione simul intelligendum est.et etiam de adiectiuo significatione tantum.vt iste est rethoricus linguam. Et etiam de adiectiuo prouinciarū.vt hollandrin⁹ patriam. Et etiam de adiectiuo gentilium.vt teutonicus gentem.

¶ Notandū.ꝙ noīa gētilia sunt q̄ descendūt a noīb⁹ regionū vel ydeomatum vt saxonicus.brabantinus teutonicus ⁊c. Sed noīa p̄rie sunt q̄ deriuant᷑ a nominib⁹ ciuitatū seu oppidoꝝ.vt monasteriēsis.coloniensis.bruswicensis. Scđo a verbo passiuo.vt truncat᷑ caput. Etiā a participijs verborum passiuorū.vt mulier redimita capillos. Tertio a verbo neutrali.vt frigeo manum. Ubi notandū ꝙ nomina substantiua non pñt regere actm̄ nisi per trāsumptionē sumantur vt hermannus est vergilius linguam vergilius.i.rethor et poeta.

.s.sepe .s.aliqđ hꝫ s̄ſborum
Multociēs verbū fert significata duoꝝ
sub voce gerundij s̄ſcatum notari
Voce gerūdiui debet vnum significari.
.s.casus .s.vehemētissime transitiōis duos
Accusatiuos hoc verbū dat tibi binos
qñ actiui gñis .s.actūs s̄ſcās rē receptā actōꝝ
Dū manet actiuū.sed ⁊ alter habet eoꝝ

Quđ verba regunt accusatiuum ex vi trāsitiōis. Et primo s̄ſba vehemētissime trāsitiōis

Capitulum Octauum.

.f.actūs societur .s:verbo nō mutatur

Qui si iungatur passiuo. non variatur

¶ Dicit ꝙ verbū hñs ſcata duoꝝ verboꝝ (quoꝝ vnū exponit per gerundiū) pt regere duos actōs. dū manet actiuū. ſed ſi actiuū reſoluit in paſſiuū. tūc regit vnū illoꝝ actōꝝ: ſ. q̄ ſcat rem receptā. non q̄. non q̄ variat.
Exm̄ primi. vt doceo te grammaticam. Exm̄ ſecūdi. vt doceris a me grāmaticā
¶ Notandū ꝑ modū additiōis. ꝙ om̄e verbū vehemētiſſime trāſitiōis regit duos actōs vnū q̄ ſcat rem recipientē. aliū q̄ ſcat rem receptam.
¶ Queritur. q̄tuplex eſt verbū. Solo duplex. ſ. abſolutū ⁊ tranſitiuū. Abſolutū eſt q̄d ſine obliquo generat ꝑfectū ſenſum. vt ſto curro. Sed trāſitiuum eſt q̄ nō gñat ꝑfectū ſenſum ſine obliq̄ a parte poſt. Et eſt triplex. ſ. debilis trāſitionis. vehemētis trāſitionis et vehemētiſſime trāſitionis. Debilis trāſitionis eſt quod poteſt regere omnē obliquū ꝑter actm̄. niſi ille actūs fuerit ꝓportiōabilis ſcationi ſue. Exm̄ de gtō. vt miſereor inſipiētis. De dtō. vt faueo tibi. De ablō: vt fruor domino. De accō ꝓportionabilis ſcatiōis. vt nauigo nauigationem. curro curſum. Et ideo vocat debilis trāſitionis q̄a ita debilis eſt trāſitus eius ꝙ directe non pōt ꝑtingere reꝫ ſcatā per obliquū. Sed vehemētis trāſitionis eſt cuius ꝯfuſa ſcatio ſpecificat per vnū actm̄. vt lego libruꝫ. Et ideo vocat vehemētis trāſitionis. q̄a eius trāſitio eſt ita vehemēs ꝙ pōt directe ꝑtingere ad rem terminantē ſcationē eius. Sed vehemētiſſime trāſitionis. eſt cuius ꝯfuſio nō pōt ſpecificari niſi per duos accōs diuerſa ſcātes ſine ꝯiūctione media. vt doceo adamū grāmaticā. Et dr̄ notāter diuerſa ſcātes q2 verbū non vehementiſſime trāſitionis poteſt bñ regere duos actōs ad idē ꝑtinētes. vt video animal hominē. Et dicit ſine ꝯiunctione media. q̄a verba vehemētis trāſitionis pñt regere duos actōs copulatos ad inuicē ꝑ ꝯiūctionē. vt video adamū et hermānū.
¶ Arguit. ſi vbū vehemētiſſime trāſitiōis hꝫ duoꝝ verboꝝ ſcationē tūc eſt equiuocū: q2 equiuocū eſt qd̄ plura ſcat ſ hoc eſt falſum. g̃ ⁊c̄. Solo hꝫ duo ſcata non formalr. niſi ꝓut ſcatū ſe extēdit ad modū ſcādi. q̄a hꝫ duplicē depēdētiā. ſ. ad rem recipientē. et ad rē receptā. Et ergo dꝫ ſic intelligi. verbū hñs ſcata duoꝝ verboꝝ vnū exprimit ꝑ gerundiū virtualiter in oōne ſubintellectū vt doceo te grāmaticā. i. doceo te tradēdo grāmaticā in q̄ oōne doceo nō includit in ſe formaliter illud gerundiū. q2 nō ſcat idē ꝙ trado. Ex quo ptꝫ: ꝙ text9 dꝫ intelligi de verbo vehemētiſſime trāſitiōis qd̄ regit duos accōs ex ſua natura ꝓpter duplicē ſcationē trāſitiōis. q2 ⁊ ſi hoc verbū trado nō eſſet inuētū adhuc doceo regeret duos accōs. Sed exponit ſolū. vt expſſe videat quō illi acti diuerſa ſcāt. Vñ hec verba duplicē hñt ſcationē ſcꝫ gñalem et ſpecialē. et ſic req̄rūtur duos actōs. q2 doceo ſcat trāſitionē gñalem et ſpecialē. et ſic reqrunt duos actōs. q2 doceo ſcat trāſitionē generalē qua magiſter diſcipulos informat. et etiā trāſitionē ſpecialem. q̄a eos informat in ſpeciali arte. Ex quo patet ꝙ non regūt indifferenter quoſcūq̄ accuſatiuos. ſed ſolum illos quoꝝ vnus ſcat rem recipientem et alius rem receptam ſiue rem circa quam actus verbi verſatur.
¶ Queritur. quare dr̄ (multotiens) Solo ad deſignandū ꝙ iſta verba non ſp acq̄runt duos accōs. Exm̄. vt vnam rem pety a dño.
¶ Arguit. gerundiū regit vnū de iſtis actis. g̃ ꝑdicta ſunt falſa. vt ptꝫ per auctorem. poſtea Doceꝫ gerundiuuꝫ. Solo: qñ gerūdiuū explicite ponit tūc regit vnū illoꝝ actōꝝ. ſed qñ ſubītelligitur tunc ambo regūtur a verbo vehemētiſſime tranſitionis propter duplicem eius dependentiam.
¶ Contra. ſi gerūdiū non regit vnū illoꝝ actōꝝ. g̃ fruſtra ſubintelligit. Solo

gerundium non subintelligitur de necessitate regiminis istorum accõꝝ. ꝑ subintelligitur propter diuersos gradus trãsitionis talis verbi. quorũ graduũ vnus potest exprimi per gerundium vt dictum est supra.

¶ Querit. vtrũ verbũ passiuũ põt regere duos accõs. Sol'o nõ sed vnã tm̃ significãtẽ rem circa quã versatur actus verbi. dũmodo descẽdat a verbo vehemẽtissime trãsitionis. et alter accũs variatur in ntm̃. vt doceo te grãmaticam resoluitur sic: tu doceris a me grãmaticã et sic ntũs verbi actiui mutatur in abltm̃ mediante ꝑpositione a vel ab: vnde Florista. Dum solet actiuũ varium sibi iungere casum. Passiuo reliquum digne sociabimus horum. Et illi duo accusatiui debent supponere pro diuersis: vt patet ex dictis.

¶ Querit. q̃re verbũ pasiuũ regit accm̃ ꝑcantẽ rem receptã. Sol'o. q: ꝟbũ actiuũ ⁊ passiuũ: licet diuersimode. hñt idẽ obiectũ: sed accũs ꝑcãs rẽ receptã significat obiectũ actus ꝟbi: g̊ rapit talẽ accm̃. Uñ est duplex actus in istis verbis quoꝝ ꝑmus mutat in passionẽ: et virtute illi⁹ mutatiõis primi actus verba passiua ↄstruunt cũ abltõ: nõ tm̃ inquantũ passiua: sed inquãtum passiua verboꝝ vehemẽtissime trãsitionis. Ex quo ptȝ solutio talis argumẽti cũ dicit. Uerba passiua regũt abltm̃: g̊ nõ accm̃. Dõm ꝙ veꝝ est inquantũ passiua sunt: sed in quãtum sunt passiua verboꝝ vehemẽtissime trãsitionis bñ pñt regere accusatiuuȝ.

¶ Querit. vtrũ ista verba possunt regere duos ntõs a pte añ sicut duos accõs a parte post. Et videtur ꝙ sic. q: in eis est duplex actus. ergo req̃rũt duplex ꝑncipiũ a q̃ tales actus egrediãtur Sol'o nõ: q̃a vnicũ suppositũ est sufficiẽs ad ꝑducendũ illũ actũ: ꝑ vnus accũs nõ est sufficiẽs ad specificanduȝ eius ↄfusionẽ.

¶ Arguit. nullum verbũ est duo verba. ergo nullũ verbũ hȝ ꝑcationẽ duorum verboꝝ. q̃a habere ꝑcata duoꝝ verboꝝ ꝑ̄supponit duo verba: q̃a ꝑcatio est forma verbi q̃ multiplicata necesse est eius materiã multiplicari. Sol'o verbũ habȝ ꝑcata duoꝝ verboꝝ gñaliter capiẽdo ꝑcationẽ put extẽdit se ad modũ ꝑcãdi et nõ ad ꝑcatũ: ⁊ ita verbũ hr̃e ꝑcationẽ duoꝝ verboꝝ nihil aliud est ꝙ̄ verbuȝ hr̃e duplicẽ depedentiã siue duplicẽ trãsitionẽ. Et vnũ regit ex vi vehemẽtis transitionis: et alium ex vi vehementissime trãsicionis speciali denominatione.

.i. vis iungitur
Infin tiui natura modi sociatur.
.s. verbi .s. infinitiu⁹ dematur
Impersonalis tñ hinc modus excipiat
ponitur .s. triplicis acci
Hic dat exm̃ triplex. tibi dico magistrũ.
Exm̃ in quo infinitiuus regit vnũ accm̃ a parte ante ⁊ duos a parte post
Discip'los mores placidos de iure docere

De regie acci. ex vi nature ab infinitiuo

Exẽplificat.

¶ Dicit ꝙ infinitiuus ꝑdictorũ verboꝝ põt etiã regere duos accõs a pte post sicut sua ꝟba. ⁊ ꝑter illos regit vnũ a parte ante ex natura ꝓpria. Unde excipit infinitiuus verbi impsonalis. q̃ nõ regit aliquẽ casum a parte añ. Et debet addi actiue vocis: ꝓpter infinitiuũ ꝟbi impsonalis passiue vocis. q̃ regit post se ablatiuũ. vt hermãnũ amari a me bonũ est. Et dr̃ (vehemẽtissime trãsitionis) ꝓpter infinitiuũ verbi vehementis trãsitionis q̃ regit vnũ accm̃ tm̃ a parte post.

¶ Querit. quottuplex est infinitiu⁹. Sol'o duplex. s. actiue vocis ⁊ passiue vocis. Actiue vocis est duplex. s. ꝑsonalis ⁊ impsonalis. Personalis est duplex scȝ

verbi transitiui ⁊ absoluti. Infinitiuus verbi ꝑsonalis actiue vocis verbi absolu
ti regit accusatiuū a parte an̄. vn̄ Florista Infinitiuus sibi vult supponere q̄rtū
Et infinitiuus verbi trāsitiui est triplex. s. debilis trāsitionis. vehemētis tran
sitionis. et vehemētissime trāsitionis. Et de illis loquendū est q̄ntum ad regimē
obliquorū a parte post sicut de verbis a q̄bus descēdūt. Et ratio est. q2 quem
cūq̄ casum regit verbū indicatiui modi. illū etiā regūt alia verba ab illo descen
dentia. Et infinitiuus verbi passiui est duplex. s. ꝑsonalis et impꝑsonalis. Perso
nalis passiue vocis regit accm̄ a parte ante et ablatiuū a parte post mediāte pre
positione a vel ab. vt Barbarā a me amari est bonū. Sed infinitiuus verbi impꝑ
sonalis passiue vocis regit illū casum quem sui verbū a quo descendit.

¶ Querit. quō distinguūtur infinitiu⁹ verbi ꝑsonalis passiue vocis. et infiniti
uus verbi impꝑsonalis cum habeāt eandem terminationē. Solutio in trib⁹ diffe
rūt. Primo in s̄catiōe. q̄a amari s̄m q̄ descēdit ab amor aris passiue s̄cat. Scdo
differūt q̄ntū ad resolutionē. q̄a amari et amaṫ resoluiṫ ꝑ verbū actuū vt me ama
ri barbaram bonū est. i. q̄ ego amem barbarā bonū est. Sed si descēdat ab amor
aris resoluitur per verbū passiuū. vt me amari a barbara bonum est. id est q̄ ego
amer a barbare bonum est. Tertio differunt in constructione q̄a amari descēdēs
ab amaṫ construiṫ cum abltō a parte ante mediāte prepositione a vel ab et regit
eundem casum a parte post quem suum verbum a quo descendit. vt a me amari
annam bonum est. Sed qn̄ descendit ab amor tunc regit accusatiuū a parte ante
q̄a est infinitiuus verbo personalis. et ablatiuum a parte post mediantē prepo
sitione. vt me amari a anna est bonū. vn̄⁹. Significatio post resolutione tertio cō
struc. Infinitiuos binos differre notabo.

¶ Arguiṫ. in exemplo textus ponūtur tres acci a parte post. s. discipulos placi
dos mores. g̊ ⁊c̄. Sol'o adiectiuū ⁊ substantiuū reputanṫ ꝑ vno accō.

¶ Queriṫ. vtrū aliq̄d verbū posset regere q̄ttuor accōs. Sol'o sic. dūmodo il
le q̄rtus accūs s̄cet tp̄s in quo ille act⁹ fieri habet. vt dico magistrū docere di
scipulos placidos mores tres horas. ⁊ de vltimo accō d2 ibi. Ornatus ⁊c̄.

¶ Queriṫ. quō cognosciṫ ille accūs q̄ regiṫ ab infinitiuo a parte ante. Solutō
et resolutione. q̄a si accūs pōt resolui in nominatiuū. ⁊ infinitiu⁹ in verbuȝ finiti
modi. tunc accūs talis regiṫ a parte ante. ⁊ qn̄ non pōt fieri talis resolutio tunc
regiṫ a parte post ab infinitiuo seu ab alio verbo. vt pȝ iohānis vltimo. Sic eum
volo manere. resoluitur sic. volo vt ipse ita maneat.

¶ Arguiṫ. infinitiuus nō regit accm̄ ante se. g̊ ⁊c̄. an̄s ꝓbaṫ in hoc exēplo. Ver
gilij Nos pauidi trepidare metu. ibi infinitiu⁹ habet ante se nominatiuū. scȝ pa
uidi. Solo. in illo exēplo est anthitesis q̄a ibi trepidare poniṫ pro trepidabamus
sed iste textus intelligitur de oratione simpliciter congrua.

¶ Contra. in illa oratione simpl'r congrua infinitiuus nō vult habere accusati
uū an̄ se. g̊ ⁊c̄. an̄s pȝ in hoc exēplo Adam⁹ cupit esse doctor. Solo ille nomina
tiuus Adamus non regiṫ ab infinitiuo esse. sed ab illo verbo ꝑsonali cupit.

¶ Ubi nota q̄ esse ⁊ fieri regūt talē casum post se. qualē habēt an̄ se cui copu
lant posteriorē casum. ⁊ g̊ qn̄ p̄cedit. etiā dȝ seq̄ ntūs. vt ego plurimū cupio esse
vel fieri doctor. Sil'r dōm est de alijs obliq̄s: Exm̄ de gtō. vt indigeo petri cupi
entis esse vl' fieri poete. De dtō. vt iubeo anio meo esse vl' fieri ocioso. De accō
vt Adam⁹ cupit te esse vel fieri ociosū. De abltō. vt amor a te cupiēte esse vl' fie
ri v̄tuoso. Et de vctō non pōt dari exemplū. q̄a semper vult preconstrui.

.s. verbi ꝑsonalis .i. vis .i. accm̄ a p̄te post ꝯstructū
Infinitiui natura regit preeuntem

.s.accusatiuus sc̄ās rem suscipientem doctrinam.
Doctrinā capiens regit vi transitionis
.s.illud gerundiū in illa oṙone subintellectū
Hocqꝫ gerūdiuū tradēdo dic ibi clausū
.s.gerūdij .s.casus .s.q̄ nō mutat
Cuius vi regitur casus qui nō variatur
ꝑ qn̄ .s.verbi dictos accōs exponi
Dū per passiui voceꝫ volo dicta resolui
ibi .s.accm̄ natura
Aut illic positi regit hūc vis ꝓpria ṽbi

¶ Dicit ꝙ natura infinitiui regit accm̄ a parte ante constructū et accūs significans rem recipientē doctrinā regitur ex vi trāsitionis. Et actūs sc̄ans rem receptā regit ex vi vehemētissime transitionis. Et quidā dicūt ꝙ regitur a gerundio tradendo sub intellecto. quorū opinio ptꝫ ex textu p̄cedenti falsa.

¶ Querit. q̄re autor ponit istā sn̄iam disiūctiue. Sol'o ideo. qꝛ tpe ei9 fuerunt diuerse opiniōes ab vtraqꝫ pte. qꝛ q̄dā voluerūt ꝙ ille actūs q̄ sc̄t rē receptā regeret ex vi vehemētissi. trāsi. ꝛ quidā volebāt ꝙ a gerūdio subītellecto ideo absolute nō exp̄ssit mentē suā. ne iste libell9 ab ipso cōpositus reijceret. Et etiam ne cōtra illos p̄sumptuosus esse videret: Sed fecit iuxta sententiā Senece dicentis. In dubijs ne diffinias. sed suspensiuā sententiam teneas.

¶ Querit. q̄ illaꝝ opinionū est melior. Sol'o p̄ma q̄ dt ꝙ regit ex vi vehemētissime trāsi. Patet p̄mo ex intentiōe auctoris in illo textu. Postulo posco peto. ꝛc. vbi dt ꝙ ambo regunt ab illis verbis. Scd̄o ptꝫ qꝛ deposito illo gerūdio. ꝛ posito ꝙ nūq̄ esset inuentū. adhuc illa verba regerēt duos accōs. Tertio ptꝫ qꝛ sicut verbū vehemētis trāsitiōis hꝫ se ad vnū accm̄. ita verbū vehemētissime trāsitiōis se hꝫ ad duos actōs. Tenet ꝯn̄a. qꝛ alias nō esset differētia inter ṽbū vehemētis trāsitiōis ꝛ vehemētissime trāsitionis. qꝛ illud ꝑ subintellectionē alteri9 verbi etiā potest poni sine incōuenienti cum duobus accusatiuis.

¶ Arguit. alexā. dicit ꝙ regit a verbo subintellecto dicens. Cuius vi regitur casus qui non variat. Dum per passiui. Solutio ibi non est locutus secundū opinionem propriam sed aliorum. ¶ Ubi notandū ꝙ hoc gerundiū tradenda non sempꝑ intelligit. sic etiam nō potest aliud intelligi secūdū exigentiā sententie vt in ista oratione. postulo te pecunias. intelligitur hoc gerundium exigēdo. vt postulo te exigendo pecunias.

¶ Tunc ibi Doctrinā capiens. dt ꝙ omnis actūs rectus ab istis verbis a parte post sc̄ans rem recipientē in se doctrinā regit ex vi trāsitionis. Sed alius qui sc̄t illud circa qd̄ versat actus vbi regit ex vi vehemē. transitionis.

¶ Querit. in quottuplici dr̄a sunt verba vehemnetis. transi. Sol'o in triplici. Primo quedam important actū docendi. vt doceo. Scd̄o quedā important actum rogandi. vt peto: Tertio quedam significant actum ordinandi. vt vestio induo ꝛc. et de illis dictum est in regimine datiui.

.s.casibus sociata ex vi transitionis
Accusatiuis data per vim transitionis.

Capitulum octauum.

.i. si trãsitiue ponant̃ verba videbis

Si vox ↄcordat. actiua frequẽter hẽbis

Quõ verba trãsitiua regũt accusatiuum ex vi trãsitiõis

❡ Dicit ꝙ verbum actiuum frequenter regit accusatiuum ex vi transitionis. si tale verbum fuerit transitiue positum.

❡ Querit̃. qñ verbũ actiuũ ponitur transitiue. Sol'o qñ importat actũ transeuntem in alterum. Et capitur in ꝓposito pro omni illo qđ ſcat actũ transeuntẽ in alterũ realiter obiectiue. In o. vt verbero adamũ. lego librũ. vel in or vt criminor hermannum. loquor mirabilia.

❡ Arguit̃. verbũ actiuũ non regit accm̃ ex vi transitionis. ĝ ꝛc. añs ꝓbatur de hoc verbo noceo. qđ est actiuũ et regit dtm̃. vt noceo tibi. Sol'o noceo est verbum actiuũ ſm vocẽ tm̃ et nõ ſm ſcationẽ qa nõ ſt actũ per modũ transeuntis in alteꝝ. qđ reqritur ad hoc vt regat accm̃. Et etiã intelligit̃ regula de verbis actiuis tã ſm vocem ꝙ ſm ſcationem. vt amo doceo lego audio.

❡ Cõtra. verbũ actiuũ ſm vocẽ ⁊ ſcationẽ simul sumptũ non regit accm̃. ĝ ꝛc. añs ꝓbatur in hoc exẽplo. Audiuim⁹ ex lege ꝙ christus est iudex futurus viuorum et mortuoꝝ. Sol'o. hoc totũ supplet vicem accĩ casus. sicut etiã multipliciter aliquid supplet vicem nominatiui vt patuit ibi. Uult intransitio.

❡ Querit̃. qre đr in textu. frequẽter. Sol'o ꝓpter tria. Primo qr sepe verbuꝫ trãsitiuũ ponit̃ absolute. vt ego ama. ibi nullũ regit accm̃. vñ Florista. Uerbum qđ trãsit dic sepi⁹ esse solutũ. Scđo đr frequẽter ꝓpter verba debilis trãsitionis. vt faueo tibi nisi accũs fuerit ꝓportionabilis ſcatiõis. Tertio đr frequẽter ꝓpter hoc verbũ supplico. qđ est trãsitiuũ non tñ regit accm̃. ĝ đt Priscian⁹. ꝙ verba deꝑcationẽ ſcãtia regũt accm̃ ꝑter supplico: qđ regit dtm̃. vt supplico tibi. Uñ supplico ſcat ꝑ modũ petẽtis se suppliciter disponere. at sic non ſcat idẽ qđ peto. qre etiã nõ regit accm̃ casum. vel duos accusatiuos sicut peto:

❡ Querit̃. quottuplitia verba comprehẽdunt̃ sub hac regula. Sol'o: triplitia Primo omnia verba actiua in o termiata in quantũ trãsitiue ponunt̃. vt amo lego. Scđo omĩa verba deponentia vt in plurimũ. vt sequor. Tertio omnia verba cõmunia in actiua ſcatione accepta. vt osculor hortor criminor.

❡ Notandũ. ꝙ verba passiua pñt regere accm̃ qnqꝫ modis. Primo ꝑ synodochen. vt corrigit̃ nates. vulnerat̃ manũ: ꝑ istã regulã. Sepe qđ est partis. Scđo verba passiua venientia a verbis vehemẽtissime trãsitionis. vt doceris grãmaticam per illã regulã. Hunc dant passiua. Tertia verba passiua trãsumptiua vt capre pascuntur siluas: i. pascendo corrodunt siluas per illam regulam. Uerba ꝗ sumpta foris. Quarto regunt accusatiuum significantem causam efficiẽtẽ passionis. vt accusatur furem seu mendacem: qui mod⁹ satis rarus est. Quinto ꝟba passiua regunt accusatiuũ virtute cõpositionis. vt iste pertrahitur aulam. i. ꝑ aulam trahitur. per illam regulam. Uerbum composito.

❡ Querit̃. vtrum omne verbũ mundi potest regere accm̃ sicut datiuũ. Solutio omne verbũ mundi põt regere accm̃ tꝑis per illã regulã. Ornatus verbum Et in eodem sensu regit ablatiuũ. vt legi duas horas seu duabus horis.

❡ Querit̃. vtrũ ꝟba absoluta pñt regere accm̃ ꝑ dictã regulã. Sol'o sicut ꝟba trãsitiua absolute posita nullũ regũt casum. ita verba absoluta trãsitiue posita pñt regere accm̃ casum. Et hoc ↄtingit septẽ mõis. Primo ꝑ synodochen vt dolet caput. Scđo per trãsumptionẽ. vt adam⁹ ardet deũ. i. ardenter amat deum Tertio qñ ↄstruit̃ cũ ꝟbo importãte actũ circa tꝑs ꝟsatuꝫ. vt s̃. Quarto qñ importat actũ circa locum versatũ. vt ambulat agrũ. Quinto quando importat actum versatũ circa causam. vt hector anhelat ꝑlium. Sexto quando talis accu-

satiuus ponit aduerbialr. vt ille viuit deū.i.deifice. Septio ꝟba ſcātia actū ſiē
di. vt lugeo patrē. vn̄. Synodochen: causam loca tēp⁹ iūgito trāsumo. Cōposi
tū ꝟbo q̄rtū iūxere soluto. Sic ꝓpriū iūgas ꝛ tristia carmina subdas.

℄ Querit. q̄d est verbū trāsitiuū. et q̄d absolutū. Dōm ſm Floristam verbuꝫ
trāsitiuū est illud qd̄ req̄rit obliquū a parte post ad faciendā ꝑfectā sniam. vt le
go metra. Sed absolutū ex opposito est illud qd̄ per perfectā sniam faciendam
non requirit obliquum a parte post. vt curro ambulo. ꝛc̄.

℄ Querit. q̄ ē dr̄a inter verbū actiuū ꝛ actiui gn̄is. Dōm istā. q꞉ ꝟba verbi di
stinguūtur dupl'r. Primo penes ſcationē. et sic om̄e illud verbū est actiui gn̄is
qd̄ ſt agere et illud est passiui gn̄is qd̄ ſt pati. et illud neutralis qd̄ nec ſcat acti
onem nec passionē. Secunda differentia attendit ex parte terminatiōis. q̄a ver
bum actiui generis est quod desinit in o. et potest accipere r et facere ex se passi
uum vt amo amor. Sed verbū actiuum est qd̄ actiue ſcat actum transeuntem in
alterum siue terminatur in o siue in or. vt lego criminor.

℄ Querit. vtrū sentire videre sunt verba actiua. Et videt ꝙ nō. q̄a nō ſcāt ac
tum transeuntē. q̄a visio fit intus suscipiendo. similiter gustatio: odoratio ꝛc̄. vt
ptꝫ ꝑ philosophū de sensu et sensato. et scd̄o de anima. Dōm verbū dr̄ actiuū du
pliciter. Primo ꝑncipaliter in primo gradu. et illud ſcat actū transeūtē de vno
in alterū realiter et sic ista ꝑdicta verba non sunt actiua. Alio modo dicit verbū
actiuū minus ꝑncipaliter et in scd̄o gradu. qn̄. s. ſcat actū egredientem obiecti
ue de vno in alterum improprie. et sic ista sunt verba actiua.

℄ Querit. q̄t ꝯditiones req̄runtur ad hoc ꝙ aliqd̄ verbū sit actiui gn̄is. Di
cendū tres. Prima est ꝙ terminat in o. Secūda est ꝙ habeat passiuū in or. Ter
tia est ꝙ regat actm̄ ſcātem rem rationabilē. et ergo cōmedo et prādeo nō sunt
actiui generis. vn̄. Ad genus actiuū tria ꝯcurrūt in o finis. R capiat de se passi
uum procreat inde. In rationalem rem transeat atq꞉ fit in or. Et quartus cas⁹
sit ei semper sociandus. Et illa tertia conditio non req̄ritur in quolibet verbo
actiui generis. sed solum in illo qd̄ est pure actiui generis.

℄ Querit. q̄ttuplicia sunt verba actiua. Dōm ꝙ triplicia. q̄da ſcāt actū trā
seuntē in rem rationalē: illa sunt in ꝑmo gradu. Alia ſcāt rem transeuntē in rem
animatā et irrationabilē. vt comedo piscē et illa sunt in secundo gradu. Tertio
sunt verba actiua que ſcant actū trāseuntē in rem inanimatā vt fabrico frenum.

℄ Querit in quottuplici dr̄a sunt verba actiui gn̄is. Dōm ꝙ in septuplici dif
ferētia quedā regūt solū actm̄. vt diligo ꝑdo ꝛc̄. Quedā regūt actm̄ cū gtō vt
sunt verba ſcātia actum dānandi et veniendi. vt accuso te furti et cetera. Que
dam regunt actm̄ cū dtō. vt dico tibi ꝟitatē Quedā regūt actm̄ cū abltō. vt sa
turo te pane. Tulli⁹. Iracūdiā meā saturo tuo sanguie. Priuo te vestib⁹. Que
dam regūt actm̄ cū abltō mediāte ꝑpōne. vt audiui hoc a patre meo.

.i. absolute .s. cū ꝑpōne actm̄ aliqn̄ pones

Verbo cōposito casum qn̄q꞉ locabis

Quō ver
ba debilis
trāsitiōis
regūt ac
cusatiuū.

.s. casum .s. ꝑpositio Est exm̄ in quo verbū ꝯposite figure. s: exire regit
actm̄. s. penates. virtute illius ꝑpōnis extra.

Quē dat cōponēs. vt vis exire penates

℄ Snia est ꝙ verbum absolutū cōpositum cum aliqua dcōne sepe regit eundē
casum quem regit dictio cum qua componitur. vt exeo ecclesiam. adeo magistꝝ
percurro forum. perlabor vndas.

℄ Arguit. exm̄ textus est falsum. i. quo dicit. vis exire penates. q̄a exire nō re

git actm̄ sed ablt̄m. vt pꝫ p Vergiliū dicentē. Quid facerē nec me huitio extre licebat. Dōm q exeo qn̄ est ꝯpositū ex duab⁹ itegris. s. ab ex ⁊ eo tūc regit ablatiuū. vt pꝫ in exēplo argumēti p̄dicti. ꝑ qn̄ est cōpositū ex vno corrupto ⁊ vno integro scꝫ ab extra et eo tūc regit actm̄ et ita capitur in exemplo textus.

¶ Arguit. sūt multa v̄ba ꝯposita q̄ nō regūt illū casum quē regit illa p̄positio cū qua cōponunt. g̃ iste text⁹ est falsus. añs ꝓbat de istis v̄bis assum assideo arrideo obuio ⁊c̄. q̄ tm̄ regūt dtm̄. Dōm q regula nō habet v̄itatē vl'iter de omnibus v̄bis cōpositis figure. sed de aliqb⁹ tm̄. ideo dicit notāter in textu. qn̄q̄.

¶ Querit. quot ꝯditiōes reqrunt ad hoc q aliqd verbū posset regere actm̄ p istā regulā. Dōm q q̄ttuor. Prima est. q verbū ante ꝯpositionē dꝫ esse absolutū. et ꝓpter hoc adopto plego ⁊ similia nō regūt actm̄ p hāc regulā. Scōa ꝯditio est q partes debēt s̄care in cōpositiōe illud qd s̄cāt extra cōpositionē. ꝓpterea adamo derideo nō regūt actm̄. p istā regulā. Adamo id est valde amo. ibi ad valet tm̄ sicut valde. Tertia ꝯditio est q tale verbū nō sit nimis absolutū ante cōpositionē. ita q eius absolutio posset terminari p p̄pōnem. qd dꝫ ꝓpter ly assum. qd nō regit accusatiuū quāuis cōponat ab ad ⁊ sum. Quarta conditio est p̄ncipale verbū non sit nimis trāsitiuū ante cōpositionē. eo q eius trāsitio obscuret p̄pōnem. et ꝓpter hoc trāscribo nō regit accusatiuū per hanc regulam.

¶ Querit. quare dicit in textu qn̄q̄. Dōm q ideo: qa regula ista non est vl'is ita q verbū semꝑ regat casum quē regit dcō cōponēs. vt subuenio tibi. inuenio te arrideo huic ⁊c̄. ⁊ sic de q̄busdā verificat. Vnde verbū illud s̄m intentionē regule cōpositū non dicit amplius absolutū sed trāsitiuū. qa naturā talem habet p̄positio in cōpositione q de absoluto posset facere transitiuum.

¶ Querit. q̄t modis ponit p̄positio. Dōm q duobus modis scꝫ per appositionem et per cōpositionē. Per appositionē ponit quādo ex ipsa et dictiōe cui adiungit non fit aliqd vnū. vt ad patrem. apud villā. Sed per compositionē qn̄ ex ipsa et dcōe cui adiūgit fit vna dcō. vt exeo: de quo est ad ꝓpositū. Et p̄positio p appositionem quādoq̄ ponitur post suum casuale. vt mecum quādoq̄ ponit inter adiectiuum et suum substantiuum. vt de qua re.

¶ Querit. quod officia hꝫ p̄positio in compositiōe. Dōm q multa. Primo cōplet s̄catum. vt facio ꝑficio. Scdō mutat s̄catuꝫ: vt facio inficio. Tertio minuit significatum: vt rideo subrideo. Quarto mutat genus: vt sperno asperno. Quinto mutat coniugationē. vt cubo accumbo. Sexto mutat regimen vt rideo derideo. Septimo mutat accentū. vt sum assum. Octaua expellit regimen. i. facit ex transitiuo absolutū. vt facio sufficio vh⁹. Compositū genus. accentū: rem. significatam. Mutat. dat regimen sepe repellit idem.

¶ Notādū q verbū cōposite figure qn̄q̄ potest regere duos actōs. vnū ex sua ꝓpria natura per illā regulā. Accusatiuis data ⁊c̄. et aliū ex parte p̄pōnis cū q̄ componit. vt trāsfer nos polū. i. fer nos trās polū. Et sic patet regimē illud ex resolutione vt traduxi hermānū pontē. i. duxi hermānū trans pontem.

¶ Querit. an p̄pōnes ꝯ ꝯpōnē faciūt indr̄nter v̄bū regere actm̄ vl' ablt̄m. Dicēdū q p̄pōnes deseruiētes ablrō casui plerūq̄ faciūt ꝯpositū regere ablt̄m vt expello excido. vt res excidit mihi memoria. depulit eū arce. anguilla ē manibus elapsa. Sic silr̄ p̄pōnes deseruiētes actō casui faciūt v̄bū regere actm̄. vt renuo.

¶ Notādū q qn̄ exeo reꝯit cū ablrō. vt in Esopo semē exit Callabit colonia humo tūc non componit ab extra: sed ab ex et eo is etc.

ista verba impꝑsonalia

Penitet ⁊ tedet miseret piget ⁊ pudet ista

casus associant casus
Accusatiuos sibi iungunt et genitiuos.
ex vi nature verbi gtm̄ ex vi trāsitionis .s.actm̄
Natura primū sed trāsitione secundum

Quō verba impsonalia actie vocis regūt actm̄

¶ Snia est q̄ ista v̄ba impsonalia in textu posita regūt actm̄ cū gtō. actm̄ ex vi transitiōis sed gtm̄ ex vi nature. Exm̄. vt tedet animā meā vite mee miseret me tui: pudet me ignorātie. In istis exēplis actūs s̄cat rē pacientē ⁊ gtūs s̄cat materiā circa quā versat̄ actus v̄bi. Et ratio isti⁹ regule est q: ista verba impoꝛtāt duplicē dependentiā. Primo dependēt ad rē cui infert̄ passio. ⁊ sic regūt actm̄ Secūdo dependent ad res inferentes passionem et sic regunt genitiuum.

¶ Querit̄. vtrū ista verba possunt regere quemlibet gtm̄ et quemlibet actm̄. Dōm q̄ non: sed solum actm̄ qui significat rem cui infertur passio. et illum genitiuum qui significat rem inferentem illam passionem.

¶ Querit̄: quo oꝛdine regunt̄ isti casus. Dōm q̄ s̄m modernos. actūs regit̄ a parte an̄ ⁊ gtūs a parte post. Cuius ratio est s̄m Priscianū: v̄ba in textu posita impoꝛtāt passiones. intrinsecas: g̊ debēt habere p̱ supposito illū terminū q̇ impoꝛtat rem cui infert̄ passio: vt me penitet peccati. ille actūs s̄cat rē recipientem passionē sc3 penitentiā: et gtūs s̄cat rem inferentē illā passionē in quo fundatur locus dyalecticus a cōmūiter accidentib⁹ vt penitet g̊ deliq̄t: illa eñ est natura verboꝝ passiuoꝝ q̄ dictio s̄cans rem cui infertur passio regit̄ a parte ante. ⁊ dictio s̄cans rem inferentē passionē regit̄ a parte post. vt amo amoꝛ a barbara. et sic per primū intelligit̄ gtūs q̇ regitur a parte ante ex vi nature: et p̱ scdm intelligit̄ actūs q̇ regit̄ a p̱te post ex vi trāsitiōis vel verius ex effect⁹ cause efficiēt3.

¶ Querit̄. vtrū verbum impsonale potest regere aliquem casum a parte ante. Dōm q̄ nō. q̇a hoc p̱ verbū impsonale distinguit̄ a p̱sonali. Et patet. quia verbum trahit suam personalitatē a supposito. si ergo verbū impsonale haberet suppositum seu casum a parte ante non esset impsonale sed p̱sonale. hoc autem sibi re pugnat: q̇a impersonale deicit p̱uationē persone ratione negationis incluse.

¶ Arguitur verbū impsonale pōt regere casum a p̱te an̄. g̊ ⁊c. an̄s patet in hoc exēplo. video hermānum legere. ibi legere est verbū impsonale. tamen regit illum actm̄ hermānum a parte ante. Dicendū q̄ nos loquimur hic de verbo impsonali finiti modi: sed legere est verbum infinitiui modi.

¶ Contra. verba impsonalia finiti modi p̄nt regere casum a parte ante. g̊ ⁊c. an̄s pt3. q̇a illud verbū potest regere casum a parte an̄ qd̄ habet illū modū s̄candi s̄m quem casus a parte an̄ regit̄. sed illū modū s̄candi habet verbū impsonale q̇ est modus significādi per modū fluxus et fieri dicibilis de altero: q̇ ꝯuenit omi verbo. etiam ꝯuenit verbo impersonali g̊ verba impsonalia p̄nt regere casum a parte ante. Dōm q̄ licet verbū impsonale s̄cat fluxum et fieri: tñ intellect⁹ non ꝯsiderat illum fluxum sine supposito sicut possimus intelligere accidens sine subiecto: et dulcedinem sine melle: et ratione illius verbū dr̄ impersonale.

¶ Arguit̄. hoc verbū est qd̄ est radix oim̄ v̄boꝝ. s̄t quandā ꝯpōnem quā sine extremis nō pōt q̇s intelligere sed hoc includit̄ oib⁹ v̄bis tā p̱sonalib⁹ q̄ impsonalib⁹. g̊ v̄bū impsonale g̊ra illi⁹ requirit suppositū a parte ante. Dōm ad hoc s̄m sc3 q̄ v̄bū subm̄ includit̄: ⁊ illud s̄cat ꝯpōnem: q̄ veꝝ est subm̄ est foꝛma totius vniens p̄dicatū cū subiecto. q̇a salutis p̱tibus ab inuicē coꝛrūpit̄ foꝛma totius que ex vnione partium resultat: vt vult Gilbertus poꝛitanus. Uel dōm q̄ hoc v̄bū est foꝛ al'r exp̄ssum g̃nal'r req̇rit extrema. s̄ nō q̄n in aliquo v̄tualiter in-

cludit: sicut in ꝓposito. Tertio adduꝰt isti infinitiuꝰ verbi impersonalis regit actm̄ a parte añ. ergo est similis ratio de verbis impersonalibus. Dicendum est. ꝙ bona est ratio diuersitatis. quia actuus significat hic rem cui infert passio sed paciens secundum naturalē ordinem est post illud a quo patitur. que est actus generaliter loquēdo per verbū significatus ergo actuus regitur a parte post ab istis Et secundum veritatē inspiciēdo subtiliter rem significatam verbi: et rem acti et gti Accusatiuꝰ debet regi ex vi trāsitiōis. et gtūs ex vi nature alioꝝ verboꝝ Et per primū intelligit gtūs: quia primus est inter obliq̄s. et per secundū intelligit actūs. et dicit ideo secundus quia ex secūdaria vi regitur ab istis verbis sicut genitiuus ex natura verbi: que est primū in qualibet re.

¶ Et qñ arguit omnis fluxus egreditur a principio. Dicendum ꝙ verum est sed intellectus ex sua libertate sine illo principio posset intelligere eam.

¶ Et qñ dr: ē pfecta oro. ergo hz suppositū Dicitur negādo ꝯñam quia dicit alexander Fiet asinbasma sine recto clausula plena.

¶ Et qñ dr: actūs cōcretiue significatū intelligit per respectū ad substantiā a parte ante.. Dicendum ꝙ verū est secundū rem: et ex ratione significandi est dependēs ad subiectū. sed non secundum rationē intellectus. quia dicit Aristoteles. album solā qualitatem significat: ideo etiā cōtingit solā qualitatē intelligi. quia quicquid significat intelligitur.

¶ Et qñ dr: ꝙ verbū impersonale dr ideo impersonale. quia nō respicit suppositū alicuius determinate persone. sed respicit subam a parte añ ꝯstructā incerte persone. Dicendum ꝙ hoc est falsum. quia omne verbū subm est alicuius certe et determinate persone et actus vnꝰ: in nūero cōsideratꝰ nō pōt esse alicuius suppositi in cōmuni. sed particularis suppositi. ergo quia ille actus est vnus in nūero: oportet necessario vnum suppositū esse in nūero: quod ipsi negant: ergo eoꝝ positio est simpliciter ficta et ad hoc ꝙ intellectus non posset sine illo rem accipere sine quo esse non pōt. quia abstrahentiū non est mendaciū. sed satis est intelligenti. non intelligenti autem et fantasianti: quos sufficit in subtilioribus explanare: vt non hesitet.

¶ Queritur. vtrum ista verba semper cōstruunt cum istis casibus. Dicendum ꝙ nō sed secundum Priscianū. qñ cōstruunt cū infinitiuo tūc regūnt tantū actm̄: vt pudet me ludere: et quandoque construūtur cū infinitiuo sine casu Et totaliter elidatur opinio eoꝝ qui dicūt etiā per primū intelligi actm̄. quia licet non est primus in ordine casuū est tamen primus in ordine regimīs illoꝝ verboꝝ quod satis reprobatū est supra.

¶ Et qñ dicitur actūs est ꝓprius casus trāsitionis. ergo etc. Dicūt quidam ꝙ accusatiuus regit ex vi trāsitionis verbalis. sed gtūs ex vi trāsitionis personalis. Ibi secundum veritatē dicendum est. quod nō pōt illa trāsitio esse personalis. quia sicut verbū impersonale non hz aliquā personam. ita etiā non habet aliquam personalē transitionē. Etiā ex quo hoc verbū est si habet aliquā transitionem illa habet dici verbalis.

¶ Sed finaliter pro textus intelligentia est notandū. ꝙ penitet habet penituit pudet puduit. piget piguit in preterito. sed miseret et tedet habent pretā ad modum verborū neutro passiuoꝝ. quia tedet habet ptesum est et non tesum. quia illud non est in vsu. sed miseret habet misertum est per circumlocutionem.

Verbū significās actū accusandi | Verbū significās actū damnādi | ponit | .i. similimodo

Accusansqꝫ modo dānāsue locat eodē.

¶ Sententia est ꝙ verba significantia actum accusandi et dānandi cū eorū oppositis etiam possunt regere actm̄ cum gtō sicut predicta verba. vt accuso te furti mendacij perfidie negligentie etc. Exemplū de oppositis. vt laudo te virtutis. Et ratio illius est quia oppositorū est eadem disciplina.

¶ Queritur. quid significabūt obliq̄ recti ab istis verbis. Dicendum ꝙ actūs debet significare rē

recipiētem in se accusationem vel damnationem: gtūs habet significare causam propter quam quis accusatur vel damnatur. Et actūs regitur ex vi trāsitionis et gtūs diuersimode regitur ſm ꝙ significat penam vel causam materialem.

¶ Querit. vtrū tantū verba in textu posita regūt istos casus. Solo non: sed etiam alia importantia monitionē. vt moneo te debiti vel vituperationē vt vitupero te peccati: et regunt actm̄ q̄ ſt rem in quā immediate transit actus verbi ⁊ regūt gtm̄ q̄ importat causam illius. vn̄⁹. Uerbū damnare signans aut vituperare. Quartum cum genitiuo iunctum poterit retinere.

¶ Arguit. sunt plura ꝟba q̄ regūt actm̄ cū gtō ꝑ istā regulā ꝙ autor hic ponit ḡ est diminut⁹. Añs ptꝫ ex notabili p̄cedente. Etiā ꝓbat de istis verbis ꝓbo excuso laudo ⁊ ꝯmēdo: vt ꝓbo te ꝟtutis. excuso te culpe. laudo te probitatis. ⁊c. Dōm ꝙ ista verba sunt ꝟboꝝ in textu positoꝝ opposita. ⁊ sic sub illis reductiue ꝯuenienter possunt cōprehēdi: sicut vnū ꝯtrariū per reliquū sicut albū ꝑ nigꝝ.

¶ Querit. vtrū verba passiua p̄dictorū verborū pn̄t regere dtm̄. Solo sic q.s. regitur a suis verbis actiuis. vel abltm̄ loco genitiui. vn̄⁹. Passiuū genito cōiungi recte sciatis. Accusor damnor bene dicis impietatis.

¶ Arguit. ista verba regunt datiuū ⁊ abltm̄ cū genitiuo. vt accusaris mihi seu a me impietatis. Dōm ꝙ hoc verum est de istis verbis in voce passiua. sed non in voce actiua. qͥliter hic loqͥtur textus de istis verbis.

s. absoluta — Exm̄ in q̄ hoc verbū absolutū ardet transumptiue. trāsumptiue sumptū regit accusatiuū amorem.

Uerbaqꝫ sūpta foris xp̄i bon⁹ ardet amorē

¶ Dicit ꝙ verba absoluta sumpta foris. i. sumpta trāsumptiue et methaphorice. s. pro alijs verbis pn̄t regere actm̄. vn̄ Uergilius. Formosum pastor chorindon ardebat alexim. Pars stupet innupte donum exiciale minerue.

¶ Querit. q̄lis figura cōmittit in istis exemplis. Dicendū ꝙ euphonismus. q̄ꝫ fieri qn̄ vnū ꝟbū ponit ꝓ reliquo vn̄⁹. Euphonism⁹ erit ꝓ ꝟbo ponere ꝟbū. Exultat dn̄i laudē mea lingua supni. Et hoc non dꝫ fieri ſm b̄n placitū nostrum sed ſm poeticā licentiā: et ſm notabilem similitudinē q: omnes trāsferentes se ſm aliquam similitudinem se transferunt. vt bonus homo ardet amorem christi. Nā p̄ma similitudo est. q: sicut ignis vel ardor ꝑ appositioneꝫ ꝯbustibilium crescit ⁊ augmentat: sic amor ꝑ applicationē amati ad amantē augmentat. Scdā similitudo est. q: sicut ignis ꝑ suā caliditatē nitit ꝯuertere ꝯbustibile in suā ꝓpriam naturā sic amās per amorē sꝑ trahit ⁊ ꝯuertit ad amatū. Et ardere vno modo valet tantū sicut cupere: et sic pro transumpto pōt regere actm̄ sicut cupio.

¶ Arguit. cōgruitas oritur ex modis significādi. ſ verbū absolulutū retinet in trāsumptione sua ꝓpria accidentia. ergo non potest aliquo modo per transumptionem regere casum. Minor patet. q̄ a ardere est scđe cōiugatiōis neutralis generis ergo ⁊c. Dōm pro virtute illorum non regit casum. sed virtute illi⁹ verbi ad cuius significatū trāsumitur: et illud habet modū tunc conuenientem ſcādi cum accusatiuo. gratia cuius orationes ille admittuntur.

¶ Querit q̄d est verbum sumi foris. Dōm est ipsum sumi in aliena ſcatione ꝑ metaphoram. Et methaphora est figura habens fieri qn̄ꝙ ꝓpter similitudinem aliquarū rerū vnū nomen ponitur loco alterius: vt agnus pro christo.

¶ Querit. q̄ verba pn̄t sumi foris. Dōm ꝙ sunt duplicia. quedā sunt absoluta et q̄dam passiua. De absolutis. vt exultabit lingua mea iustitiā tuam. i. exultando ꝓnunciabit. Nubes pluant iustum. i. pluendo emittunt iustū. De verbo passiuo vt capre pascuntur siluas. i. pascendo corrodunt siluas.

Capitulum Octauum.

